Circa distinctionem decimā septimā Queritur primo vtrū charitas seu gratia sit viatori necessaria ad salutem ꝙ non quia rectitudo voluntatis videtur sufficere ad salutem sed gratia seu charitas non est illa rectitudo nec pars illius rectitudinis quia secundum anselmū deus non potest voluntati auferre rectitudinem sed charitatem sepe auferre igitur zc. ¶Probatur obseruatio mandatorū dei sufficit ad salutem mathei. 9. si vis ad vitaz ingredi serua mandata et alibi hoc facet vius sed precepta seruare potest homo sine charitate superaddita quia si non tunc nullus peccaret non faciendo precepta quia nullus peccat non faciendo quod facere non potest per beatum augustinum de duabus animabus. ¶Et hieronymus dicitur i explanatione fidei execramur eorum blaphemias qui dicunt deū aliquid ipossibile precepisse. ¶Contra nullus potest eē saluus nisi charus et gratus deo sed nullus potest eē charus sine charitate et gratus sine gratia sicut nec albus sine albedine igitur. ¶Probatur peccatuz est malum et infinitum igitur non potest tolli per sola naturalia et si aliud requiritē illud voco gratiam. ¶In ista questione et in omnibꝰ alijs de hac materia suppono ꝙ charitas infusa et gratia de qua queriē idē sunt. Distinctio de gratia seu charitate ꝙ aliquādo sumitur pro gratia creata formaliter animam informāte. ¶Secundo pro ircreata ad vitam eternam animam acceptante ¶De pma loquitur decretalis in titulo de summa tri. et fide ca. ꝙ sub hijs verbis quantum ad effectum baptismi in paruulis reperiuntur doctores quidem theo. opiniones habuisse contrarias quibusdam eripsis dicentibus per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti sed gratiam nō cōferi alijs afferentibus contra ꝙ et culpa ipsis in baptismo remittitur ac virtutes et infozmans gratia infunduntur quo ad habitum et si non pro illo tempore quovsum nos attendentes generalem efficatia mortis xpi quiper baptisma applicatur pariter oibus baptizatis opinionem secundam que dicit tam paruulis ꝙ adultis cōferri i baptismo gratiam et virtutem tā ꝙ probabiliozem et dictis sanctorum aut modernorum doctorum theologorum magis cōsonā et concordem sacro approbante consilio duximus eligendam. ¶De scīa loquit̄ to. in cantica sua. d. dicens deus charitas est z ad illum tendit se ma. in presenti distinctione. ¶Secunda distinctio est de necessitate scilicet simpliciter dicta et secundum quid. i. secūdū dei potentiā absolutā vel secūdū legem statutā et cōmunem. ¶Item premitto ꝙ questio nō est intelligenda cathe. qm̄ sic nulla haberet veritatem quia salꝰ nō est necessaria igitur nihil ad eam est necessarium Añs patet quia de potentia dei ordinata potest ds non saluari intelligenda ē igitur questio hypotetice ita scilicet si debeat pertingi ad salutem vtrum ad hoc gratia necessario requiratur. ¶Conclusio prima charitas increata est homini ad salutem necessaria probatur nullus potest pertingere ad finalem beatitudinē qui hic vocatur salus sine dei acceptatione et preordinatione et beatitudinis i homine creatione igitur ¶Secūda conclusio gratia creata distincta ab ipsa beatitudine non est absolute necessaria ad salutem probatur quia nuda subā anime est finalis beatitudinis sufficiens ipius productiuum ¶Tertia conclusio nulla gratia creata ē ad salutem hominis necessaria secūdum cōmunē legem dei probatur conclusio quia ēvna vniuersalis cuius qlz singularis est vera ¶Quarta cōclusio necessario si aliquis saluari debeat de cōmuni lege secūdū eādē legē requiritur gratia creata que informat ¶Probatur sine tali gratia nullus recte viuē potest nec liber esse potest a seruitute peccati igitur cōsequētia tenet cum nulli possit esse salus de communi lege nisi liberetur a seruitute peccati et viuat recte añs patet per augustinum primo rectratationum capi. 9 z allegatur a ma. li. scōo. di. 26 ca. scōo. ¶Item probatur ratione actꝰ charitatis et dilectionis naturales nō minus relinquīt habitū naturaliter causabilem cui correspondere possit habitus supernaturalis qui possit comprehendere tales actus ꝙ actus fidei vel spei vel iusticie aut alterius virtutis igit nisi scriptura obuiet vel eurdens ratio quare deꝰ non infunderet habitum supernaturalem correspondentē actui charitatis acquisite non plus debet hoc negari ꝙ ꝙ det fidem spem et iusticiam supernaturalem correspondentes naturaliter acquisitis ¶Sed ratio nō obuiat primo magis hoc dictat quia charitas acquisita excellit quēcūq; aliū habitum ceteris paribus rationabilibus igitur videtur ꝙ deus sibi debeat dare habitum supernaturalem ꝙ in alijs necessitā obuiat auctas nisi magistri que in hoc nō tenetur cōmuniter primo prepōderat auctoritas ecclesie. nec obstat ꝙ multe auctoritates sanctorum quas Ma. allegat dicunt ꝙ .ss. est charitas qua formaliter diligimus deū et proximum ille enim vere dicūt eo ꝙ efficit actum diligendi partialiter et specialiter quo diligimꝰ deum et proximum et sine cuius speciali acceptatione nullus habitus sufficere et vt meritorie diligeremus deus et proximum, sed hoc non excludit charitatem creatam que se habet tā ꝙ aliud cum principium. ¶Si quis autem saluare velit sentētiaz magistri dicere potest qui ipse loquitur de charitate illa sine qua nullus potest esse scharus deo ad vitam eternam de quacūq; potentia et sine q etiā de potentia dei absoluta nullus pōt aliquod

opus meritorium facere nec deum aut proximum meritorie diligere et ista charitas est diuina acceptatio que appropriate est .ſ. licet tamen propte et cõmuniter etiam ſit tota trinitas. ¶ Sꝫ tamen preter illam charitatem increatam dat deꝰ charitatem creatam ſine qua etiam de facto nullum acceptat nec vt creditur acceptabit licet abſolute ſine ea poſſet et etiam ea poſita poſſet nõ acceptare habentem de ſua potentia abſoluta ad

2. articulꝰ. beatitudinem. ¶ Primum dubium contra dicta ſit illud quod in primo argumento principali tactum eſt de rectitudine voluntatis. ¶ Cui corꝛeſpondeo negando maiorem ſi intelligiẽ de rectitudine naturali quia ſecundum ſcripturaꝫ deꝰ creauit hominem rectum et tamen ſecũdum magiſtrũ licet homo vel angelus ex puris naturalibus ſtare potuerit non tamen proficere vt patet de angelis di. 3. ſcõi et de homine di. 29. eiuſdem ſcõi et p conſequens rectitudo naturalis non ſufficiebat ad merẽdam vitam eternã: rectitudo gratuita bene ſufficit ſed iſta includit gratiam et cum probatur q nõ quia per anſ. tertio de li. ar. ca. 8 deꝰ non poteſt illam rectitudinem auferre voluntati ¶ Et ratio ſua eſt quia voluntatem eſſe rectã nõ eſt niſi eam velle iſtud quod deus vult eam velle. Sed hanc rectitudinem non poteſt deus auferre quia ſi ſic aut igitur volens aut nolens non nolens certum eſt quia tunc deus poſſet velle volũtatem non velle illud quod vult eam velle ponatur iſta in eſſe et tunc implicantur contradicta. ſ. q deus vel voluntatem nõ velle illud quod vult eam velle. ¶ Sed contra iſtam ſententiam arguitur nihil abſolutum eſt libere cauſabile in voluntate quin deus poſſit illud libere deſtruere conſeruata voluntate igitur et rectitudinem ſi ipſa rectitudo ſit aliquid receptum in voluntate. ¶ Ad rationem anſelmi dicitur q deus volens ꝛc. et cõcꝺitur q deus poteſt velle voluntatem non velle illud quod vult eam velle ſaltem in ſenſu diuiſo ſic q non velit eam velle a eſſe vel ſic q velit nũc eam velle. a. eſſe et etiam nunc velit voluntatem cras non velle. a. eſſe. Item hoc de in eſſe et poſſibil deꝰ nõ vult volũtatẽ velle q vult eã velleq; ponat q voluntas nihil velit tunc affirmatiua q̃ cõtradicit dicte negatiue falſa eſt igitur negatiua vera eſt. ¶ Si dicas q licet non velit eam modo aliquid velle tamen ſtat q velit eam aliquid velle pro futuro et tunc affirmatiua vera eſt et negatiua ſibi contradicens precõceſſa falſa. ¶ Contra ſi a voluntas quam deus non velit aliquid velle in futurum pmo velit q ipſa nũq̃ aliquid volet i futurum et ſimiliter de preſenti tunc ſtat vtriuſq; poſitõis ꝺ ceſſe poſſibilitas, pba velle ẽ preſentis temporis igitur patet igitur q propoſitio ad quã anſelmus deducit non implicat contradictionem quia licet bene ſequitur deus aufert a ergo vult auferre. a. ſit. a. in voluntate velle illud qõ deꝰ vult eam velle nõ tamen ſequitur aufert a igitur a eſt ſꝫ potius ſequitur igitur. a. non eſt cuius oppoſitum oportet anſelmum ſupponere ſi ad cõtradictionem debeat deducere tamen pro reuerẽtia ſua dicendum eſt q ipſe tunc habuit pro eodẽ hãc deus non vult voluntatem velle quod vult eam velle et iſtam deus non vult voluntatem velle et vult eam velle vel iſtam deus vult voluntatẽ velle q vult eam velle. ¶ Nec tñ iſta ſequitur expoſitione in eſſe q deus auferat rectitudinem voluntatis niſi intelligatur dictum ſuum ſicut ipſemet dicit in libello poſterius edito ſcilicet de concorꝺia ſtine et prꝺeſtit. et gratie de li. ar. ca. 6. vbi dicit qm̃ iuſticiam qua quis iuſtus eſt, conſtat eẽ rectitudinem voluntatis que rectitudo tantum tunc eſt in aliquo cum ipſe vult quoꝺ deus vult eũ velle patet igitur q deus eãꝺẽ rectitudinem nulli tuto auferre poteſt nec poteſt hoc velle ſꝫ neq; velle poteſt vt eam habens nolle n s vlla neceſſitate eam deſerat hec ille. ¶ Ex quo patet q deꝰ non poteſt rectitudinem voluntatis auferre inuito vel ipſenoleti eã auferri et hoc totum nitelligẽ dum ẽ de potentia dei oꝛdinata et; quãdu voluntas perſiſtit in hoc q vult illud et nõ aliud niſi q deus vult eam velle. ¶ Contra voluntate volẽte recte cuilibet reddere quod ſuum eſt et habente etiam actum reflexum quo apperat et velit omnino actum priorem rectum tenere poteſt deus actũ priorem tenere ſine poſteriori et tunc nolente voluntate auferetur ſibi ſua rectitudo: probatur rectitudo non includit gratiam igitur ad dictum in ſolutione falſum añs probatur quia omnis iuſtitia ẽ rectitudo voluntatis propter ſe cõſeruanda; omnis habens hanc rectitudinem iuſtus eſt vt patet per Anſelmũ vbi prius. ca. 14. ¶ Idem igitur eſt iuſticia et rectitudo et iuſtus ꝛ rectus tunc ſic omnibus habentibus gratiam promiſſa eſt vita eterna vt videtur patere per anſ. vbi ſupra. c. 12. Sed non omnibus iuſtis promiſſa eſt vita eterna vt patet per anſ. vbi ſupra ca. 14. ſed tamen illis qui ſunt iuſti ſine omni iniuſticia illi enim propte et abſolute ſunt iuſti et recti coꝛde eſt enim aliquid ſecundum aliquid iuſtum et ſecundum aliquid iniuſtum vt qui caſtus eſt et inuidus talis non promittitur beatitudo iuſtorum qm̃ ſicut vera beatitudo eſt ſine omni indigentia ita nulli datur niſi iuſto ſine oi iuſticia hec ille igitur Probatur rectitudo voluntatis poteſt ſtare cum peccato mortali igitur non includit gratiam añs probatur quia ſecundũ anſ. tꝺẽ. 9. ca. voluntas non poteſt velle rectitudinem niſi habeat rectitudinẽ et ſit recta. ¶ Sed conſtat q homo exiſtens in peccato mortali velit rectitudinez et iuſticiam vt patet de fornicario qui neſcit fornicationem, eẽ peccatum et tamen diligit deum ſuper omnia et vult rectitudinem et habet promptam voluntatem; ſi faciendi licet non habeat ſciẽtiã Dicitur forte q illud dictũ quod dicitur de rectitudine includente gratiã intelligenduꝫ eſt ꝺe rectitudine que eſt ſine omni iniuſticia iuxta prius dicta ¶ Sed cõtra hoc eſt proceſſus anſelmi poſtquã enim premiſit i fine cap. 12. q non vult loqui de alia gratia q̃ de illa ſine qua nullus ſaluatur et poſt ca. 13. diffiniuit iuſticiaꝫ q ipſa ẽ rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata dicit. ¶ Si igitur poſſumꝰ oſtenꝺẽ nullam creaturam hanc adipiſci hanc rectitudinem poſſe non per gratiam manifeſta erit inter ipſam ꝛ liberum arbitrium ad ſaluandum hominem concorꝺia quam querimus Aſſumptum autem conſequenter oſtenditur ſic voluntas non vult recte niſi quia recta eſt nã ſicut viſus non eſt acutus quia videt acute ſed iꝺcirco videt acute quia eſt acutus ita voluntas non eſt recta quia vult recte ſed econtra. Cũ autem vult hanc rectitudinem procul ꝺubio recte vult non igitur vult rectitudinem

Anſel.

niſi quia recta eſt idem autem eſt voluntatem rectam eſſe et rectitudinem habere palam igitur quia non vult rectitudinem niſi quia rectitudinẽ habet licet enim poſſit velle rectitudinem quam nondum habet vt cuꝫ vult maiorem habere q̃ habeat. ¶ Dico autem nullam eam poſſe velle rectitudinem ſi non habet rectitudinem qua illam velit. Hanc autem rectitudinem non habet a ſe et habere nequit aut volendo aut non volẽdo quippe nullus valet eam adipiſci per ſe quia nequit illam velle niſi illam habeat nec nolendo ſeu nõ volendo hoc enim, nullius mens accipit igitur non poteſt eam creatura habere neq; a creatura quia ſicut creatura nequit creaturam ſaluare ita non poteſt ei gratiam dare per quam ꝺebeat ſaluari ſequitur igitur q nullam rectitudinem habet creatura quam dixi volũtatis niſi per dei gratiam. ¶ Deo igitur largiente inuenimus gratiam eius ad ſaluandum hominem cum libero arbitrio concorꝺare ita vt gratia ſola poſſet hominem ſaluare nihil de eius libero arbitrio agente ſicu fit in infantibus et intelligentibus ipſa ſic ſẽper; adiuuat liberum arbitrium naturale q̃ ſine iſta in tali; valet ad ſalutem ꝺando volũtati rectitudinem quam ſeruet per liberum arbitrium. ¶ Iſte proceſſus plane habet q̃ omnis rectitudo voluntatis includit vel requirit tam gratiam deſcriptam. ¶ Nam ꝺa q non probatur quin volendo poſſit quis in volendo poſſit quis rectitudinem adipiſci ad ſe nam hoc non improbatur niſi per hoc q nullus poteſt eam velle niſi habeat. ¶ Ad primum iſtorum concedendum eſt q actum rectum de quo arguitur poſſet deus tollere conſeruando reflexum. ¶ Sed tunc voluntas recta ad huc manet habendo actum reflexum quia ſicut dictum eſt nullus poteſt velle rectitudinem niſi habeat rectitudinem quamuis igitur voluntate inuita poſſit ſibi de potentia dei abſoluta auferri aliquis actus rectus ſeu rectitudo aliqua non tamen omnis quia ipſa voluntas habendi q̃ ab ipſa aufertur ceteris paribus ſibi pro iuſticia et rectitudine imputatur. ¶ Aliter poteſt dici pro iſto argumento et toto iſto ꝺubio q ꝺeum auferre poſſe rectitudinem voluntatis ab ipſa voluntate tripliciter poteſt intelligi. ¶ Primo modo ſic q deꝰ poſſit omnem habitum vel actum iuſticie vel rectitudinis acquiſitum vel infuſum auferre a voluntate que habet vel habuit talem actuꝫ vel habitum etiam ipſa voluntate remanente et nihil ad talem ablationem agente prime ipſa inuita et renitente et ſic conceditur q hoc deus poteſt cum quilibet rem abſolutam ab alia diſtincta deus ab ea poteſt ſeparare. ¶ Secundo modo intelligitur ſic q accipiendo hominem innocentem in puris naturalibus conſtitutum qui habet rectitudinem naturalem qui penitus habet ſe taliter ad deum et in ſeipſo qualiter debet ſe habere nec in aliquo eſt obliquus per receſſum a lege diuina. Utrum tunc a tali poſſit auferre ſuam rectitudinem naturalem ſine eo q ipſe voluntarie ſe diſſoꝛmet legi diuine et conceditur q ſic quia poteſt eũ annichilare licet tamen hoc non ſit propte auferre. ¶ Tertio modo intelligitur ſic q ꝺato homine habente rectitudinem naturalem iuxta modum predictum vel habentem rectitudinem actualem vel habitualem vel vtroq; modo iuxta primum modũ predictũ deus poteſt precise ſine cõcurſu volũtatis illi? facere q̃ ille peccet actualiter ſe diſformando diuine legi vel habitualiter vel quocũq; alio modo diſformis ſe habeat vel diſformis exiſtat diuine legi ipſo homine vel voluntate remanente et hoc eſt impoſſibile et ſic patet quomodo verificari poſſunt dicta anſelmi ꝛc. ¶ Ad ſecundum concedo q omnis iuſticia ſeu rectitudo ſimpliciter non ſecundum quid ſicut anſelmus diſtinguit capitulo nono requirit vel includit gratiam gratuitam imo; autem dicens q non omnibus iuſtis promiſſa eſt vita eterna intelligitur de illis qui ſcõm quid ſunt iuſti et ſecundum quid iniuſti quales deſcribit ibidem. ¶ Ad tertium patet per idem et hoc quoꝺ dicitur q nullus poteſt velle rectitudinem; niſi habeat rectitudinem. intelligendum eſt de velle ſufficienti quo ita eligitur rectitudo quia rectitudo eſt. hoc eſt quia deus vult et rationabile eſt omnino q̃ ſic fiat. ¶ Sed contra primam reſponſionem qua dictum eſt anſelmus ibi capere negatiuam non impoſſibilem pro affirmatiua impoſſibili queſtione inaduertẽter ita q̃ non intendit aduertenter hanc negatiuam eſſe impoſſibilem deus non vult me velle qõ vult me velle. ¶ Sed hanc affirmatiuam deus vult voluntatem velle quod non vult eam velle. ¶ Contra dicta propoſitio eſt impoſſibilis etiam ſecundum dei potentiam abſolutam igitur antecedens ex quo infertur ſcilicet q deus auferat a voluntate rectitudinem eſt ſimpliciter impoſſibile quod eſt contra dicta in reſponſione vel conſequentia ſua non valet quia expoſſibili non ſequitur impoſſibile. ¶ Probatur in principio capituli octauo de libero arbitrio dicit q totam ſubſtantiam quam deus de nichilo facit poteſt reꝺucere in nihil. a voluntate vero habente rectitudinem non valet eam ſeparare. ¶ Sed prima pars iſtius dicti non poteſt intelligi de potentia dei oꝛdinata igitur nec ſecunda vel ĩ eadem auctoꝛitate equiuocat de potentia dei quod non videtur veriſſimile. ¶ Ad primum iſtorum poteſt multipliciter reſponderi primo ſupponendo q voluntas de facto velit et oporet facere q deus vult eam velle et hoc ſine omni demerito annexo et culpa mortali ꝛ tũc poteſt dici q ſi ſecundum legem nunc oꝛdinatã deus ſine illius demerito aufert rectitudinẽ et gratiam a tali voluntate et tamen ſecundum illam legem velit omnem voluntatem ſemel rectam ſemper rectam eſſe niſi iſtam rectitudinem demereatur et iſta habet eam et non demereatur eam igitur ſi deus voluntati ſic ſe habenti tollit rectitudinem igitur vult eam velle quod non vult eam velle vel vult eaꝫ habere rectitudinem quam nõ vult eam habere iſta conſequentia eſt bona ꝛ antecedens eſt ita impoſſibile ſicut conſequens ꝛ ſicut dictum eſt de voluntate non demerẽte. ita et iam poteſt dici reſpectu voluntatis inuite vel renuentis perdere beatitudinem. ¶ Aliꝫ poteſt dici q voluntas ſemel recta ſecundum legem dei tã oꝛdinatã q̃ abſolutã fieri nõ põt nõ recta culpabiliter ſine ſuo demerito ꝛ hoc ſiue auferaꝫ ſibi forma ſiue non. ¶ Scõo ꝺo q ſcõm anſelmũ auferre rectitudinẽ ĩ volũtate ẽ eã facere nõ velle aliq̃liẽ ꝛ tñ deꝰ vult taliꝫ eã velle ꝛ ſic ẽ ipoſſibile q ꝺeꝰ auferat rectitudinẽ a voluntate qz ipoſſibile ẽ q ꝺeꝰ auferat a volũtate illã

velle q ipe vult ipaz velle pide pz ad scom. ¶ Itē ista negatiua deus non vult voluntatem velle qō vult eam velle potest distingui eo q potest esse vna propositio et tunc est possibilis vt dictum est vel due propositiones ad hunc sensum aliquid nō vult deus voluntatem velle et illud vult voluntatem velle et ista copulatiua est impossibilis.
¶ Similiter distingui potest ista affirmatiua deus vult voluntatem non velle quod vult eam velle que etiam est possibilis prout est vna propositio sicut dictum est impossibilis autem prout est due. ¶ Sed contra primam solutionem anselmi deducit ad contradictoria et super ista non potest de potentia absoluta igitur non sufficit glosa de potentia ordinata. ¶ Respondetur q talis contradictio deducitur eo modo quo dictum est in primo modo predicte solutionis et etiam in aliis modis. ¶ Unde anselmus sic infert si deus tollit rectitudinem a voluntate igitur non vult eam velle quod vult eam velle cuius illati partem scōz semper ponit et non probat sed tantum primam partem quaz non est possibile simul esse veram cū secunda oportet igitur q secunda pars supponatur esse vera ex lege diuina quia de potentia absoluta deus potest velle voluntatem nihil velle sicut potest eam annichilare. ¶ Et tunc vlterius est notandum q voluntatem velle q deus vult eā velle est eam velle conformiter preceptis sicut dicitur q deus vult omnes homines saluos fieri quia dedit precepta quibus omnes obligauit et ex quorum impletione homo saluatur et sic etiam deus vult semper voluntatem sic velle et semper acceptat quando conformiter vult preceptis et reprobat quando contrarium facit homo et sic intelligitur etiam illud anselmi rectitudo voluntatis est velle qō deus vult eaz velle sicut debet z tenetur sibi cooperari ad hoc quantum in se est.

2. dubium. ¶ Secundum dubium principale sit illud quod tāgitur in secundo argumento principali de obseruantia mandatorum dei. Dicendum est q non oma mandata possunt de lege communi ad intentionem mandātis seruari sine gratia. vnde augustinus in libro de heresib⁹ dicit hoc pertinere ad errorem pelagianorum vt credant sine gratia hominem posse facere omnia mandata dei. Item ad hoc est Magister libro secundo distinctione vicesimasexta primo dicit pelagianorum heresis ꝛc.
¶ Sed contra hanc responsionem arguit scotus si deus precipiebat seu precipiens intendebat quēlibet obligare ad seruandum precepta ex charitate igitur quicunq faciens opus precepti non ex charitate peccat mortaliter et hoc de precepto negatiuo ad quod tenetur semper et pro semper ita q si teneatur ad illud ex charitate quando illud seruat non ex charitate, mortaliter peccat. ¶ Et similiter de precepto affirmatiuo ad quod tenetur pro aliquando si non seruat ex charitate peccat mortaliter consequens videtur falsum quia tunc quicunq occidisset vel peccatum mortale commisisset si postea non occidat quia deus precepit non occidere peccat mortaliter vel si seruat preceptum quod deus precepit peccat mortaliter et hoc non videtur aliud q peruertere omnes qui semel commiserunt peccatum mortale vt nullum bonum opus ex gratia faciant ad quod alias tamen tenentur. preterea existens in charitate potest facere aliquod opus precepti non tunc motus ex charitate sed ex pietate et mansuetudine naturali vel ex aliquo alio non ferendo tunc actualiter intentionem suam in finem vltimam igitur si intentio mandātis scilicet dei sic q sua mandata ex charitate impleantur in tali casu impletio illa operis precepti non esset sibi meritoria. ¶ Ad primum concedo q faciens opus precepti non ex charitate quando teneretur exequi opus istud ex charitate peccat mortaliter non quia facit opus precepti sed quia non ex charitate facit illud et etiam quia tunc teneretur habere charitatem et non habet multo minus tamen peccat tunc non ex charitate faciendo opus q̄ si opus non faceret. obligatur enim pro tunc ad tria scilicet ad habendum charitatem ad operandum tale opus et ad operandum ipsum ex charitate si tamen sciat horam pro qua obligatur sic operari ex precepto et si aliquid eorum ad que pro illa hora obligatur facit minus intanto peccat q̄ si nihil faceret ceteris paribus et hoc etiam concedo tam de negatiuis q̄ de affirmatiuis pro actibus voluntatis conformibus preceptis his vel illis obligor enim ex precepto de non furando non solum ad non furandum vnq̄ verum etiam ad aliquando velle non furari et illum actum pro tunc et non semper tenerer ex charitate elicere vel eum habere nec sequitur q post cōmissum peccatum mortale si non occidat aliquis peccat mortaliter quia ex hoc q non occidit nunq̄ peccat sicut nec ex alia parte ex hoc quod facit opus preceptum sed in hoc peccat quia nō ex charitate detestatur vel respuit homicidium vel non ex charitate vult non occidere z hoc tenetur quotiens recolere obligatur dei precepta et in singulari forte seu distincte tenetur velle pro loco vel tempore quo ad quedam vel pro semper quo ad aliqua obedire vel alias quando deus nouit et tunc patet q non sequitur illud absurdum quod infertur. scilicet q post vnum peccatum commissum non esset opus bonum ex genere faciendum quia tam patet q nisi illud faceret quando teneatur grauius peccaret facere etiam q non tenetur est valde expediens et ad gratiam dissonans sicut opus supererogationis. ¶ Ad secundum conceditur q impletio operis exterioris non ex charitate non et esset sibi meritoria si fieret pro hora pro qua teneretur agere illud opus ex charitate vno pro illa hora peccaret. ¶ Sed pro multis aliis horis credo q meritorium esset sibi quia q gratiam redditur ista persona grata deo q omne bonum ex genere et motu bono secundum instinctum nature, sibi factum a tali preest sibi meritorium dummodo non tunc teneretur illud facere ex charitate non tamen, ita meritorium sicut si ex charitate fieret. ¶ Sed contra istud videtur esse dictum augustini in omelia de apostolis vbi cum describisset modum charitatis dicit enim veraciter charitatē habet qui et amicū diligit et deū z inimicū propter deum addit nam sunt nonnulli qui diligunt proximos sed per affectionem cognationis et carius quibus tū in hac dilectione

Ad primum

Ad secum.

sacra eloquia non contradicunt sed aliud est q sponte impenditur nature aliud quod preceptis dominicis debetur ex charitate obedientie hij minimum et proximum diligunt z tamē ista sublimia dilectionis premia non assequūtur quia amorem suum non spiritualiter sed carnaliter impendunt hec ille. Igit opera facta ex motu pietatis naturalis vel affectionis carnalis non sunt meritoria nec etiam ipsis peccatur quia peccatis tam venialibus q̄ mortalibus sacra eloquia contradicunt Dicendum mihi videtur q nulla talia sunt meritoria vite eterne ex hoc solo q talia sunt sed tantum ex hoc q fiunt a persona deo chara bene moraliter: quod dico pro actibus indifferentibus licitis vel pro actibus indeliberate elicitis sicut ē fricatio barbe vel huiusmodi ex hoc inq̄ sunt meritorij licet non tta meritorij sicut si mediante charitate elicerentur. probatur contra responsionem istam. ad primum principale potest argui quia secundum augustinum de doctrina christiana precepta dei sunt de lege nature igitur ex solis naturalibus impleri possunt. Dicendū q non possunt meritorie impleri sine gratia/possunt tamen opera exteriora preceptorum pro maiori parte impleri ex naturalibus sine gratia informante et sic forte intelligit augustinus etiam actus intensiones naturaliter causabiles causentur si saltem quidam vt est iste qui esset dei feruens amor super omnia et alios propter ipsum estimo q semper in habente noticiam necessariaz ad salutem eo ipso de⁹ infundat gratiam nec aliter esse potest de ista lege statuta. ¶ Tertium dubium sit illud quod tāgitur in argumento primo principali ad oppositam partem questionis q contradictio est aliquē esse gratum sine gratia vel earum sine veritate. Dicendum est q nulla penitus est repugnantia q aliquis sit gratus deo et charus sine charitate si di formaliter inherente sed q sine gratia et charitate acceptante. ¶ Quartum dubium sit illud quod tangitur in secundo argumento q peccatum mortale est infinitum. Dicendum q licet peccatum mortale sit malum infinitum ex hoc quod sit contra preceptum boni infiniti vel in contemptum boni infiniti et ita sit offensa rei infinite q aliqui vocant esse infinitum secundum extrinsecā denominationem ab obiecto tamen secundu magnitudinem intrinsecam entitatis actus peccati non est infinitum vno forte purum nihil est sicut de peccato mortali pure omissionis et tali modo infinitis quilibet actus diligendi deum super omnia et quilibet habitus ad talem inclinans dici posset infinitus isto etiam modo nunc diligo deum infinite licet actu finito quia prefero eum in amore meo incomparabiliter vltra omne aliud bonum existens vel possibile. ¶ Ad formam tamē dicendum q peccatum taliter infinitum deleri potest per gratiam infinitam que est dei acceptatio.
¶ Contra istam responsionem probatur q peccatum mortale temporale sit intensiue infinitum q per istud infinities venitur contra preceptum dei quia infinita instantia ibi sunt. dicendum q non infinities nouiter et libere vel nouiter imputatur.
¶ Quintum dubium videtur q gratia non sit necessaria ad salutem sed potius impeditiua nam si habens gratiam mortaliter peccet postea gratuitus peccat q̄ si gratiam non habuisset nec haberetur gratia igitur est causa quare peccatum sit grauius. Respondetur negando consequentiam scilicet q gratia est causa ettaz ꝛc. sed ipsemet nō vtens gratia cum posset z deberet ex hoc q ea nō vtitur z q eam perdit grauius peccat tamen gratia est bene causa per accidens seu occasionalis ꝛc. Item videtur probabiliter posse dici q habens gratiam non grauius peccaret q̄ qui non habuerit ceteris paribus quia iste qui nō habet eam tenetur eam habere sicut alius et q non habet sibi imputatur ad peccatum nec excusat eū in aliquo vt videtur sed aggrauat. Et similiter diceretur de sciente et ignorante ex hoc scilicet q scientia quam vnus habet/et qua alter caret necessaria sit ad salutem sicut est scientia preceptorum dei tunc enim qui ignorat eque teneretur scire et punietur tam quia ignorat q̄ quia male operatur. ¶ Sed contra ignorantia dummodo non sit affectata excusat a tanto licet non a toto et eadē ratione in proposito de carētia charitatis. Assumptum probatur per illud Apostoli miserecordiam consecutus sum quia ignorans feci et in euangelio dimitte illis quia nesciunt quid faciunt igitur si talis scilicet simile peccatum committat cū sciente minus peccat. ¶ Respondetur q ceteris paribus ignorans ignorantia scientie vel fidei quam homo obligatur habere non excusatur male dicto nec talis ignorantia attenuat suum peccatum propter causam supradictam. ¶ Sed instantia procedit de ignorantia non affectata et vbi tāta ignorans peccatur sicut patet in Apostolo qui mere ignorans peccauit omino credens se benefacere ita q ignorantia fuit in causa et non malitia. ¶ Sed ignorans sic q etiam si haberet scientiam nichilominus peccaret talis vt estimo nullatenus per ignorantiam excusatur. vnde etiam talis ignorantia prouenit ex malitia et vt sic est affectata explicite vel implicite. ¶ Sextum dubium est de comelio qui vt videtur fuit in statu salutis ante habitam gratiam quia actus vel habetur q orationes eius et elemosine deo erant accepte anteq̄ haberet fidem. et per consequens anteq̄ haberet charitatem infusam que preexigit vel coexigit fidem de potentia dei ordinata. Dicendum vel q non erat in statu salutis eo q sibi deficerent fides et scientia ad salutem necessaria meruit tamen de congruo fidem et notitiam necessariam sibi a deo infundi vel dato sicut verisimilius est q fuerit in statu salutis ante petri aduentum tunc habuit gratiam et fidem infusam sed non acquisitam nec explicitam propie circa trinitatem personarum et verbi incarnationem licet habuerit fidem vnius dei et hec pars secundum sanctos est vera quia gregorius in omelia super epistolam ad galathas vult q per opera bona proueniat ad fidem explicitam et non ecōuerso hanc esse sententiam tenet gregorius super ezechielem et hec est via scoti super primum sententiarum. ¶ Septimum dubium est de lege dei ordinata circa salutem dixi enim gratiam inherentem non esse necessariam ad salutem nisi necessitate secundum quid que necessitas est solum legis dei institute. ¶ Contra lex illa est eterna igitur est absolute necessaria antecedēs patet quia

4. dubium.

6. dubium.

7. dubium.

lex a deo instituta non potest ponia deo primo ex tempore ordinari sine mutatione dei. consequentia patet quia ex opposito consequētis infertur oppositū antecedentis vt patet ex deductione philosophi primo celi et. 12. methaphisice. ¶ Respōdet q de vi sermonis asis est verum et consequens similiter quia lex non est nisi deus. qui sic ordinauit q sic foret tamen ad intellectum arguentis eundo qui videtur intelligere antecedēs ad hūc sensum lex ista est eterna. et sic ab eterno deus ordinauit. concedo antecedens et nego consequentiam nec ex opposito consequentis tunc sequitur oppositum antecedentis quia non sequitur talis lex non est absolute necessaria. i. non necessario sz libere et consequenter sic deus ordinauit igitur non est eterna vel necesse est eam aliquando non fuisse. i. necesse est deum aliquando non sic ordinasse. ¶ Ad aristotelem dicendum est q sua deductio procedit de eterno et absolute necessario.

¶ Ad primum intellectum antecedentis et consequentis prime consequentie non autem ad secundum intellectum datum quia secundum eum et commentatorem suum consequentia ista non valet materia prima ab eterno fuit imposita ad hāc formam loquendo de potentia ante actum et reductibili naturaliter ad actum per causas naturales igitur hoc stante necessario est in potentia ad hanc formam quia, quando recipit vel hanc formam habet tunc secundum viam aristotelis nunq̄ prius poterit eam recipere igitur tūc non est in potentia ad eam tamen quia aristoteles cōmētator intendunt improbare q impossibile est aliquid eternum esse corruptibile vel posse non esse vel aliud de nouo factum. et corruptibile perpetue posse conseruari christianus autem faciliter respondet sibi q neutrum includit repugnantiam habendo respectum ad dei potentiam libere actuam ad extra. ¶ Ad octauum videtur q gratia informans sit absolute necessaria quia hec propositio sor. est gratus deo verificatur pro reb⁹ sed ad eius veritatem non sufficiunt sortes et deus quia ambobus existentibus dicta propositio potest esse falsa igitur requiritur aliqua res tertia et ista est gratia quia quecunq̄ res alia detur idem arguitur sicut prius de deo. et sorte. ¶ Respondetur q dicta propositio implicat vnam de futuro et dependet eius veritas ex futuritione alicuius rei nondum existentis z non significat precise res presentes quia significat sortem et deum et q ipse dabit sorti beatitudinem eternam nisi nouiter deme reatur habere illam et sine illo tertio sortes non esset gratus deo per illam qualitatem que dicitur gratia plus q̄ per fidem vel per naturam suam. ¶ Secundo dico q dato q nullam rem pro futuro dandam significaret sed solum qualiter se haberet et se habent tales res inter se vel in ordine ad aliud adhuc non oporteret q quibusdam rebus positis eo ipso propositio esset vera sicut patet de istis homo creatur homo conseruatur a deo hoc dependet a tali actiuo et ita de multis aliis cuius oppositum videtur supponere argumentum. ¶ Nonum pubium contra conclusionem quartam que si esset vera sequeretur q nulla gratia deo nota et a deo creabilis eēt necessaria ad salutem conceditur consequens cum quo

9. dubium.

stat q necesse est si de lege communi aliquis saluabitur q habeat gratiam. ¶ Contra igitur nullam habendo gratiam poterit de communi lege saluari concedo consequens exponendo gerundium quia dum sortes nullam habet gratiaz potest saluari quia potest habere gratiam ista tamen ē impossibilis sortes nullam habendo gratiam de cōi lege saluatur seu saluabit. ¶ Decimū dubiū ē propter quid de communi lege ad salutem requiritur gratia quia si requiritur hoc erit vt per eā filij regni seperentur a filiis gehenne sed ad hoc non sufficit quia gratia stat cum peccato mortali quod probatur quia ab habente gratiam non tollitur gratia nisi propter demeritum actuale igitur ille prius demeretur q̄ gratia ab eo tollatur pro quo scilicet priori simul esset gratia scilicet et peccatum. Respondetur q peccans mortaliter prius natura tollit gratiam q̄ ponat actum peccati licet simul tempore sicut ignis generās ignē ex aere prius naturaliter corrumpit formam aeris q̄ introducat formaz ignis sequitur enim forma ignis producitur igitur forma aeris si immediate preexistebat in ista materia corrumpitur et non econtra igitur prius natura hoc corrumpitur q̄ illa producitur ex diffinitione prius natura in quito methaphisice. ¶ Similiter hic sequit̄ de gratia et peccato de lege dei ordinata iste peccat mortaliter igitur non habet gratiam et non econuerso igitur prius natura cessat gratia q̄ existat actꝰ culpe cum isto tamen stat q posito culpe causalitate prioi est sublatione gratie sunt tamen simul tempore et igitur non sequitur q pro illo priori stabunt simul quia illud prius nō est prius in quo sed ipsummet demeritum. ¶ Sciendum est tamen q nec de lege ordinata nec absolute sequitur iste peccat mortaliter igitur sibi aufertur gratia sed bene sequitur econuerso de lege ordinata isti nūc aufertur gratia vel iste nunc primo perdit gratiam igitur peccat mortaliter. ¶ Et ideo sicut mortaliter peccare est prio causalitate ablatione gratie ita etiam est prius natura secundum legem ordinatam Item si comparentur adinuicem non habere gratiam et esse in peccato mortali actuali vel originali tunc ista se habent coequene et neutrum est prius alio etiam secundum legem ordinatam si autem comparantur adinuicem non habere gratiam et peccare mortaliter tunc verum est illud quod hic prius dicebatur. ¶ Undecimuz dubium contra dicta possibile est q aliquis saluetur qui tamen non credit esse charitatem creatam formaliter in anima vt si aliquis baptizatꝰ circa hoc haberet errorem inuincibilem igitur talis potest saluari sine gratia. ¶ Respondetur negando consequentiam quia licet error quidam sit opinari q homines saluentur sine gratia informante non autem apparet error damnatus quia ecclesia eligit aliam partem tanq̄ probabiliorez ideo non apparet q sic errans sit propter hoc in statu dannationis licet scienter in hoc rebellans ecclesie docendo contrarium peccat mortaliter. ¶ Contra etiam damnat sicut hereſim oō. pelagij q̄ negauit charitatē habētē ꝛc. pbat̄ qd dicis de vetula obedīēte doctrine heretici credēte in hoc obedire eccl'ie. ¶ Ad primū dicēdū q pelagiꝰ errauit i multis negauit enim paruulos indigere

10. dubium

gra redēptoris vel hēre pctm̄ z hoiez posse mere naturaliter omē vitare pctm̄ sine gra absolute et in hoc errauit hereticaliter quia absolute negauit dei gratiam requiri ad salutem et non quia non posuit gratiam inherentem solum primo raro vel nunq̄ in aliquo auctore exprimitur de gratia informante vsq; ad decretalem 7. alias optimo ma. di. 17. primi fuisset erronea quod non dicitur licet ipse ibi non teneatur. ¶ Ad secundum dico q vetula talis in alijs pie operans excusabilis ē apō deum per seductionem inuincibilem donec aliter informetur. ¶ Sed dices ponamus aliquem non baptizatum sequentem rectam rationem in omnibus sicut fecit cornelius habentem errorem inuincibilem circa multos articulos fidei propter defectum doctorum saluabitur ne talis. ¶ Respondet scotus in prologo articulo primo et ego assentio q talis saluetur quia deus infunderet fidem qualem saltem paruulis et etiam gratiam suam de lege tamen communi mittit talibus instructores sicut ad cornelium misit petrum propter hoc dico vnum generale q vbiq; ponitur via ad salutem preter communem modum ibi pono haberi gratiam et fidem infusam consimiliter licet de deo omnipotentia absoluta aliter fieri potuisset. ¶ Diceres excusat ne a peccato quelibet ignorantia inuincibilis, dico q excusat non habentes vsuz liberi arbitrij et conantes q̄tū est in eis benefacere et deum habere et sperantes saluari et abstinere a peccato mortali actuali ignorantia enim vincibilis non excusat a toto mō si enim talis ignorātia est causa peccati saltem per accidēs eo modo quo absentia naute est causa periclitationis nauis et si non sit affectata excusat a tanto etiam respectu, illozum que non scire tenetur sed si fuerit affectata per se et directe non excusat sed peccatum aggrauat. ¶ Si vero fuerit non sic per se z directe volita et affectata sed tamen indirecte volita ita q voluntas libēter vellet scire sed non laboraz circa hoc vt tenetur quia nimis permittit se occupari circa impertinentia et tunc talis ignorantia peccatum est attenuat tamen aliud peccatum q ex ignorantia tali fit pro quanto facit illud peccatū nō esse volūtarium simpliciter. ¶ Duodecimum dubium an homo conceptus non per propagationem sed aliter sine peccato originali indigeret gratia ad salutem. Respondetur q non indigeret gratia ad purgandum peccatum originale sed ad perficiendum et forte etiam ad cauendum peccata actualia prout in tertio in materia de fomite latius dicetur sicut enim hoc priꝰ mereri non potuit ex puris naturalibꝰ sine gratia sic nec iste posset de lege communi. ¶ Decimumtertium est contra illud quod dictum est viatorem non posse seruare mandata diuina sine gratia diceres aliquis potest saltem sine charitate implere preceptum de dilectione dei et proximi et si sic moriatur saluabitur igitur saluabitur sine gratia. ¶ Respondetur q nec istud preceptum ad mentem mandantis seruari potest sine charitate nec mirū cum apostolus dicat ad roma. 13. plenitudo legis est dilectio et matth. 22. in his duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophete et augustin⁹ ille tenet quicquid latet et quicquid patet in sermone diuino qui charitatem tenet i opere breuiter qui cunq̄ diligit deum et proximum sicut tenetur virtualiter ammouet omne impedimentum salutis si potest vtpote omnem ignorantiam et voluntatem malefaciendi et filiam et ita facit libere qō in se est et ita habet gratiam. ¶ Decimumquartū dubiuz videtur q magnitudo peccati malitie peccati mortalis sit intensiue infinita quia suppono q actus sit temporalis cum igitur pro quolibet instanti istius temporis alio et alio et etiam pro qualibet parte aggrauetur peccatum intensiue sequitur q̄ iuxta multitudinem partium et instantium temporis est intensio malitie talis actꝰ ꝛc. ¶ Respondetur q non pro quolibet instanti quo continuatur actus peccati aggrauatur peccatuz intensiue sed pro quolibet instanti pro quo posset et teneretur nouiter detestari peccatum et non facit et talis non sunt simul supra nisi pauca.

14. dubiuz

¶ Secūdo queritur vtrum charitas seu gratia increata sine alio sufficere possit ad salutem Videtur q sic. quia in anima viatoris non sunt ponende plures fides scilicet creata et increata nec plures habitus spei quia esset superfluum. Igitur pari ratione nec plures charitates. ¶ Consequentia probatur quia vna charitas tam efficaciter potest in suum actuz sicut vna fides vel spes in suum igitur si ponuntur plures charitates in vna anima actus procedens ab illis esset fortior actu fidei. Falsitas pbatur quia actus istorum in via sunt equales sicut dicit gregorius super ezechielis omelia vltima et allegat magi. libro tertio distinctione decimaquinta capitulo vltimo. ¶ Preterea. 15. capitulo de trinitate capitulo octogesimonono de paruis dicit augustinus q spiritussanctus est donum excellentissimum et solum hoc diuidit inter filios regni z perditionis. ¶ Sed manifestum est q si sit aliqua charitas in anima q ipsa diuidit inter filios regni et perditionis et ita non solum spiritussanctꝰ quod ipse negat. ¶ In oppositum arguitur per constitutionem ecclesie priꝰ allegatā que dicit q parvuli in baptismo recipiunt gratiaz informantem et virtutes sed gratia informans est charitas creata: deus enim non est forma informans igitur.

¶ Prima conclusio de potentia dei ordinata non sufficit viatoribus ad salutem gratia increata hoc patet ex precedenti questione. ¶ Secunda conclusio quam teneo cum scoto et okam in prima distinctione q deus de potentia sua absoluta potest naturam beatificabilem existentem in puris naturalibus sine omni forma supernaturali sibi inherente ad vitam eternam acceptare et sibi charaz z acceptam habere. probatur deus potest aliquē preparare ad vitam eternam et etiam sibi dare vitam eternam igitur. Antecedēs probatur quia visio et fruitio beatifica a tali habitu non dependet seu a deo sicut ab actiuo et a potentia sicut a receptiuo. ¶ Secundo si deus potest velle alicui creature rationali conferre beatitudinem finalem sine hoc q velit illi prius conferre formam aliaz supernaturalem igitur potest aliquē preparare et acceptare ad vitaz eternā nullā sibi formā

supernaturalem primam conferendo ⁊ creatura sic acceptata esset deo cara et digna vita eterna igitur assumptum patet quia si non tunc nec istaz formam supernaturalē posset ei cōferre sine alia forma prima et sic in infinitū. ¶ Consequentia probatur quia deus cōfert alicui talem charitatem creatam aut vult sibi eam cōferre immediate seu primo absq; alio dono sibi prevolito aut non. si sic igitur nunc acceptat eum ad talem habituz eadē posset oratione eū acceptare ad vitam eternā primo ⁊ immediate. ¶ Si vero dicatur q̄ non tunc procederetur in infinitum sicut fuit illatum. ¶ Item non videtur quin sicut Jo. et hieremias prius existentes nō charos acceptauit ad charitatem nullo alio dono prevolito ita etiam eos potuit acceptare immediate ad gloriaz nam quare non. ¶ Cōfirmatur nam scriptura clamat q̄ deus preelegit nos ante mundi constitutionem vt essemus sancti Item q̄ predestinauit nos conformes fieri ymagini filij sui. Item de iacob et esau cum nondum essent ⁊c. quero igitur quare deus prevult dare gratiam suam isti et non illi omnibus tamen aliis preexistentibus paribus ex parte vtriusq; si propter formam preexistentem quam vult sibi dare et non alteri propter quam prehabitam placeret sibi dare gratiam. et tunc sequitur processus in infinitum vt supra si ideo quia nunc̄ producati eo gratiam vult primo et immediate cōferre gratiam prius non grato nec charo et pro tempore p̄stituto hoc exequitur eo modo per omnia posset immediate velle conferre gloriam prius non beato nullo alio dono sibi prevolito et postea pro tēpore prestituto sic exequetur. ¶ Itē sicut dicit doctor subtilis quod est vltimum in executione est primum intentione. ¶ Et ideo beatitudo est primum volitum illi cui confertur gratia. igitur nō per gratiam acceptatur ad gloriaz sed magis ecōuerso quia deus predestinauit eum ad gloriam. ideo confert sibi gratiam et ideo cum gloria non dependeat a gratia informante in aliquo genere cause quia si in aliquo hoc esset in genere efficientis partialis et illam posset deus supplere non videtur q̄ ad hoc q̄ deus conferat non beato beatitudinem oporteat precedere gratiam. ¶ Item videtur q̄ sicut contulit anime christi gratiaz ⁊ gloriam ita potuisset anime Jo. sed si preacceptasset eum secundum statum presentem ante sanctitatē quam habuit ad gloriam sicut de facto fecit ad gratiam ipse fuisset sibi charus et acceptus ad beatitudinem et vitam eternam quia semel fruenti deo beatifice non aufertur fruitio vel saltem non oportet auferri: consequentia facta in minori patet per descriptionem chari et accepti suppositaz igitur sine omni dono previo. ¶ Contrariam tamen conclusionem tenet petrus de aureol. et eius argumentum soluit okam di. presenti questione prima. ¶ Argumentum enim suum inter alia difficilius est de transitu de contradictorio in contradictorium quia si deus acceptet istum et prius nō acceptauit igitur hic est transitus de contradictorio ad contradictorium et per consequens est hic mutatio aliqua et non in volitione dei igitur in isto et sic habetur intentum. ¶ Respondet okam q̄ potest esse transitus de contradictorio in cōtradictorium aliquando propter mutationem in altero extremo sicut de facto aliquis primo non acceptus deo postea sit acceptus per gratiam sibi inherentem. ¶ Secūdo modo propter mutationem in alio quod est neutrum extremum sicut deus offensus alicui propter preces alterius posset sibi offensam remittere ipso non mutato ymo ignoraīte ipso iuxta istum modum nūm⁹ posit⁹ nō erat precium sit precium propter mutationem voluntatis instituentium. ¶ Tertio modo ad solam trāsitionem temporis actualem vel potētialem isto modo angelus de non conservato fit conservatus ad solam transitionem actualem vel potentialem temporis et sic etiam nummus fit precium in aliquo instanti vel tempore iuxta statutum regis. ¶ Et in oīb⁹ istis modis posset de potentia dei absoluta primo non acceptus postea fieri acceptus sine charitate supernaturali infusa quia deus iuxta primum modum posset statuere q̄ quicunq; post peccatum mortale doleret de peccato⁹ remitteretur ei sine supernaturali forma infusa et quicunq; ad annos discretionis perveniens diligeret deum super omnia dilectione naturali esset in statu salutis quod si faceret talis fieret de non acceptato acceptus per solam mutationem ad actum possibilem ex puris naturalibus et ita ad hoc nō requireretur charitas supernaturalis. ¶ Similiter secundo modo fieri posset de non acceptato acceptatus quia deus posset ordinare q̄ si quis oraret pro eo daretur sibi vita eterna. ¶ Tertio modo hoc etiam posset fieri per solam transitionem temporis quando determinatum tempus vel instans caderet super statuto possibili a deo institu⁹ posset enim statuere quoddam tempus gratie q̄ quilibet ab. a. instanti et deinceps non ponens obicere esset acceptus et charus et prius non. ¶ Item aliter leuiter potest dici q̄ sicut deus ab eterno preordinauit dare charitatem anime Jo. preexistenti non chare ante infusionē gratie ita tamen q̄ nunc̄ deus incepit sibi velle dare charitatem nec vnc̄ ibi fit transitus de contradictorio in contradictorium nisi quando deus sibi gratiam infundit. ¶ Ita diceretur de illo cui prius non beato daret beatitudinē sine gratia creata previa q̄ de⁹ nunc̄ inciperet velle sibi dare beatitudinem et ita non fieret de non caro carus ante beatitudinem sed de non beato beatus sicut nec in primo casu de non preordinato ad charitatem recipiendam sed de non recipiente recipiens. ¶ Tertia cōclusio principalis q̄ actum dilectionis dei et proximi circunstantionatum circunstantiūs mere naturalibus ex parte voluntatis libere eum causantis secundum dictamen rectum conscientie naturalis posset deus de potentia absoluta acceptare tanc̄ meritorium vite eterne: probatur quando sunt plures actus in potestate alicuius quorum neuter ex natura sua est dignus vita eterna vterq; tamen est bonus qua ratione potest vnus illorum esse meritorius vite eterne et reliquus de potentia absoluta sic est in proposito deus eū libere acceptat actum diligendi cum charitate infusa igitur pari ratione si vellet posset acceptare actum diligendi sine charitate. ¶ Item actus diligendi elicitus ante charitatem infusam et post sunt eiusdem rationis quorum neuter habet circunstantiam malam. ¶ Item actus diligendi deum super omnia libere causatus a voluntate magis habet rationem acceptabilis ex natura

Okam.

¶ Ad quintum negatur antecedēs quia licet beatitudo diuina ſit illi⁹ aie qz ipa ē ſuppoſituz illius aie z de facto etiā ē beatitudo obiectiua illi⁹ aie z etiā effectiua beatitudinis ei⁹ nō tñ eſt btitudo illi⁹ aie ſic ꝙ ꝙ eā illa aīa ſit formaliter beata ſicut licet deitas vel oīpotētia ſit illi⁹ aie qz ē ſuppoſitū illi⁹ aie z obiectū z principiū nō tñ ē deitas nec oīpotētia illi⁹ aie ſic ꝙ illa aīa eſſet ꝙ eā de⁹ z om nipotēs. ¶ Ad. 6. cōcedo ꝙ ois volitio q̄ deus eſt eſt diſpoſitio qua aīa illa optime z excellētiſſime ſe habet in eſſendo ſed non in formaliter operando. ¶ Ad. 7. verum eſt ꝙ opinio ma. erat ꝙ aīa xpi nouit oīa que deus z hoc ꝓbat trib⁹ argumētis poſitis in principio tñ nō erat opinio ma. ꝙ illa anima ſciret noticia increata formaliter ſz ſolū cāliter z obiectiue z eodē modo de volitiōe z fruitione. Et ideo dicit di. 14. ꝙ aīa xpi intelligit oīa ꝙ ſapiētiā gratis datā z di. 14. tertū dicit ꝙ illa ſapiētia gratis data erat creata ſapiētia z nō increata z etiā in di. 14. dicit ꝙ nō oīa ita clare z perſpicue capit ſicut deus: ¶ Ad primum aūt argumētū ma. non deducit oppoſitū qz illud dicit dari nō ad menſuram qō dat ſcōm voluntatē z capacitatem recipiētiuz nō ſcōm ꝓfixionē alicui⁹ mēſure determinate apōdantem. Et ſi quis daret elemoſinā pauperib⁹ cui libet ꝯtū vult z ꝯtū portare poſſet ꝛc. ſic aūt aīa xpi in ſuo principio accepit gratiam z forte nulla alia ymo vltra datum eſt ſibi vt illud gratie quod ipſa capere non poteſt alīs quibus ipſa voluerit conferā quia de plenitudine etus oēs accepim⁹ Jo. primo etiam auctoritas fulgentū hoc nō concludi quia ille non dicit ꝙ ſcit omnia ſed quia habet ſcientiam omnium et veruz eſt quia habet deitatem ſibi vnitam que eſt ſcientia omniuz z hoc ſonat ꝓbatio fulgentū cuz dicit in quo ſunt omēs theſauri non dicit in qua anima et ſi hoc diceret gloſaretur vt iam dictum eſt vel ſicut ma. gloſat. Ratio etiam magiſtri non cōcludit quia eque euidens eſt hec nihil vult aliquis ꝙ eius anima nōvelit ſicut maioꝛ ſua et tñ xpus dicit non ꝙ ego volo ſed quod tu etiaz vnio hypothetica nature ad verbum ſtare potuiſſet ſine cognitione qua cunqz illi⁹ anime. Item eque apparēs eſt iſta ſicut maioꝛ ſua nihil ſit aliquis perfecte vel clare quin anima eiꝰ eque perfecte et eque clare illud ſciat cuius tamē oppoſitum ipſe dicit dices quomodo igitur poſſet ſcire omnia dicendum ꝙ ſiue opinio ma. ſit vera ſiue non intelligi poteſt ſic ꝙ verbum ſit quodammodo ſpeculum intellectuale omnia cognoſcibilia repꝛeſentans et ꝙ anima chriſti ita perfecte ꝙ ſcientiam creatam ſibi collatam videt iſtud ſpeculum ita ꝙ omnia tbi repſitata vel relucētia i verbo dei videt ſicut nos vno aſpectu videm⁹ ſpeculum z reluccntia in ſpeculo z hoc etiā multi tribuūt cuilibet beato turta illam famoſam auctoritatē gregoꝛij in libꝛo dyalogoꝛum quid eſt quod neſciunt vbi ſcientem omnia ſciunt. Alio modo poteſt gloſari ꝙ verbum eſt illi anime ꝓ habitu ſeu ſpecie quo quodlibet cognoſcere poſſit vtrū aūt verū ſit ꝙ oīa ſcita q̄ de⁹ vel nō poſſea forſitan inqretur di. ꝓñti. 14. ¶ Ad octauū dicendum ꝙ per idē argumentum ꝓbaretur ꝙ de facto poſſum deū decipere tñ adhuc differētia ē qz intrinſece eſſentialiter euidens noticia futuroꝝ quā ipoſſibile eſt falſificari vel decipi z ideo ſi de⁹ ſcit z eſſe futurū z tñ hoc cōcedit ꝙ a pōt non foze oportet cōcedere ꝙ de⁹ poſſet nūꝯ ſciuiſſe a eſſe futurum. Sed ita nō ē de noticia creata quia nec aia xpi nec aliqua creatura poteſt habere noticiā creatā euidētē euidētia itrinſeca cui formaliter repugnat deceptio de aliquo futuro ſicut ſatis bene deducit hoc argumentū octauum z ideo cōceditur cōcluſio q̄ inferꝫ de aīa xpi z hoc de potētia dei abſoluta licet tñ certitudinaliter. i. abſqz aliqua heſitatione poſſit vere iudicare ꝙ ſic erit z nullo mō pōt i hoc fieri deceptio vel erroꝛ ſtāte cōi ordinatiōe z nō ſequit ſi aia xpi decipꝛeꝰ ꝙ igit xpus deciperēt ſeu de⁹ deciperet licz ꝓñs eſſet cōcedendū ſi ly decipi exponeret pure poſitiue. ſ. ꝓ credere aliter ꝙ ſit vel eſſe debeat in re tunc enim decipi ſecundum aīam poſſet etiam defectus prectſe penalis z ideo nō repugnaret plus dei filio ſcōm aīam ꝙ dolere vel timere ſcōm aīaz Sz ſi exponit negatiue tūc idē eſt ꝙ credere aliter ꝙ ſit vel erit z ſimul cū hoc nō ſcire quō ē z tūc non ē concedendū nec etiaz ſequit ꝙ ſi aia xpi decipit ꝙ igit xpus decipit qz ly ſcōm aīam creda aliter ꝙ ſit vel erit tñ cuz hoc ſcōz deitatē ſcit quō eſt vel erit. Totā aūt deductionē vlteriozē qua ꝓbat nō poſſe aſſenſiſſe poſtꝙ aſſenſit concedo de aſſenſu creato ſed ſi aſſenſus poteſt eſſe ſimul non eſſe aſſenſꝰ vel cognitio etiam et nō eſſe cognitio vt iſti dicūt tunc negatur prima conſequentia z ſimiliter alie deductiones z dicit ꝙ non eſt ſimile de omni alia intellectione vel conſenſu quia ad hoc ꝙ aliquis aſſenſus vel intellectus ſit conſenſus vel intellectio anime xpi verbo vnite requiritur ꝙ talis conſenſus ſit vel fuerit ver⁹ vel vera ītellectio z igit ſi eſt vel fuit de futuro cū tūc veritas eius dependeat ex futuro concedendum eſt ꝙ ſicut tale futurum pōt non foze ita talis conſenſus anime xpi poteſt nunꝯ fuiſſe conſenſus anime xpi et etiam gaudium tantum in illa aīa ex tali conſenſu pōt nunꝯ fuiſſe ex tali conſenſu cauſatuz. Sed aliter ex illa qualitate que eſt vel fuit conſenſꝰ vel ex alia cauſa ſecus autem eſt de cōſenſu alterius anime non vnite quia talis poteſt conſentire falſo z errare z decipi. ¶ Ad. 9 dicendum ꝙ iſta intimitas ſine informatione non ſufficit et etiaz obſtat illud quod apponitur ſcilicet ꝙ tunc intelligeret infinite. Sz cum dicitur ꝙ hoc non oportet quia per eandem noticiam creatam poteſt anima nunc intelligere intenſius ꝛc negatur et cum ꝓbatur qz aliter ꝙ eandem viſionem in verbo nunc poteſt beat⁹ videre nunc iſtud ꝛc. concedit de viſione creata. ¶ Ad cōfirmationē dico ꝙ non eſt dare minimū viſibile ꝛc. z dato ꝙ ſic adhuc i nullo inſtāti vltio erit iſta qualitas ſcōm ſe z quālibet partē ſui nec i aliq̄ vltimo iſtāti erit aliq̄ q̄litas viſio ꝓma pars ꝓz quia

non est dare vltimum instans rei permanētis ieſſe. Scōa pars probat quia vel simul scōm ſe z qō libet sui vt ceſſat illa qualitas eſſe viſio ita q̄ ſubdito deuenit non viſio vel non. ſi primuz igit ē dare primū instans i quo sit non viſio z illud neceſſario erit immediatū vltimo instāti. ꝛc. Si scōm igit vl ipſa vel aliqua ei⁹ poſt. a. erit viſio ſi ipa tunc. a. non ē vltimum iſtās z ſi aliqua ei⁹ pars tunc hoc non erit minimuz viſibile ab illa diſtantia ꝛc. De hac materia vide i alijs vbi tractatur materia de maximo z minimo. ¶ Ad. 10. dicit q̄ opinio cōmentatoris videt fuiſſe q̄ intellect⁹ agēs intelligit q̄ ſuā ſubſtātiam z ē intellectio z forma vere infozmās intellectū poſſibilē q̄ quem etiam intelligit intellectus poſſibilis. Sed tenendo veritatem q̄ intellectus agens ſiue ſit ipe deus ſiue alia ſubſtātia nō sit forma itellect⁹ poſſibilis quātūcunq; intellect⁹ agens eſſet intellectio nunq̄ per eū alius intellectus formaliter itelligeret licet obiectiue vel effectiue forte intelligere pōt ideo cōmētator eſt negādus. ¶ Ad. 11. ſi illa ſit ſētentia hug. nego eū ſicut z facit Wa. q̄ in di. 14. dicit q̄ in nullo creatura equatur creatori. ¶ Ad. 12. eſt dicēduz ſicut ad. 7. ¶ Ad. 13. dicit q̄ itellectio ſcreata nō eſt nata eſſe alicui⁹ intellectus creati forma ſicut albedo z queuis ſenſatio ſunt forme suoz ſubiectorum z ſimiliter intellectio creata in angelo vel in homine z ideo non eſt ſimile hinc inde. ¶ Nota iſtud eſſe falſū q̄ aīa humana nō pōt ſentire q̄ ſenſationem bruti nec videt ratio quam aſſignat quia de facto viſio humana eſt forma extenſa z non oporteret q̄ immediate informet animam intellectiuam non eſſet inconueniens q̄ ſicut anima informet corpus extenſum ita poſſet qualitas extenſa informare, aiam ſibi coexiſtēt ē ſicut coexiſtit corpori z preter hoc de ſenſationib⁹ nō ē verū q̄ accipit i argumento q̄ nec aīa humana nata ē ſentire per ſenſationē bruti nec ecōuerſo q̄ forma extenſa non eſt nata perficere naturā itellectualē formaliter ſicut facit ſenſatio quelibet humana nec ecōuerſo potētia extēſa nata ē ſētire q̄ ſēſationē iextenſam z cū in deductiōe. Probatur q̄ iformatio nō requiritur quia taliter ſine formatiōe poſſet vniri albedo deitati ꝛc. Dico q̄ licet poſſet negari primū aſſumptum de deitate q̄ ipa ſit hō ſicut z hoc negat ma. di. quita tertū cap. penultimo determiaui tamē alias illud potius eſſe cōcedendū q̄ ipſa ē iſte homo demōſtrato dei filio. Dico tū q̄ deitas nō ē aīata nec alba ymo nec eſſe poteſt iſtis vocabulis precise ſignātib⁹ ſicut mō nam iſtud cōcretū aīatū non ſolet denōiare niſi per totū cuius aīa eſt pars formalis vel corp⁹ cui⁹ eſt forma. Sed aīa nec eſt nec eſſe pōt pars formalis deitatis nec forma iformās igit z multo fortius pbari poterit q̄ deitas nec eſt nec pōt eſſe alba igit aīs p̄dicte deductionis nō ē verū z dato illo antecedēte! multo fortiꝰ cōcludi poſſet q̄ deitas poſſit eſſe itelligēs formaliter q̄ intellectionē creatā q̄ ecōtra quod tū notorie ē falſū Dices tu cōcedis q̄ deitas ē hō z ois homo ē ſubſtātia aīata ſēſibilis igit deitas ē aīata z pari rōne colorata illis coloribꝰ ſicut z xpi humanitas. Rñdet q̄ illa diſſinitio habita p̄cise cōpetit oi hoi q̄ eſt humanitas ſz dei filiꝰ licet ſit hō nō tū ē humanitas ſz bene hypothetice ſibi vnitur humanitas q̄ ē ſubſtātia aīata ſēſibilis. Alit rñdet p̄cedēdo p̄ñter q̄ deitas ē aīata z alba ꝛc. ſcōz cōcationē ydionatuz de q̄ vide ſupza. q. 21. ¶ Ad. 14. dicēdū q̄ illa ītimitas nō ſufficit ꝛc. niſi ītimet ſibi ſicut forma ſuo iformabili. Ad auguſtinū licet ſit parū ad ppoſitū dicēdū q̄ ſi dictū ſuū eēt veruz nō ſolū de cognoſcēdo habitualit ita q̄ pōt exire i actū qñ p alia non ipediret ſicut hz intelligi ſcōm veritatē ſz etiā actualiter adhuc hoc nō eſſet verū niſi p cognitionē iformātē cauſātā a ſe ipa ſemper p̄ſtem ſibīpſi. ¶ Ad. 15. negat p̄ña q̄ veſpertina cognitio creature ē illa qua nō ītuitiue cognoſcitur de⁹ matutina Ño qua etiā de⁹ ītuitiue cognoſcitur z hoc eſt creaturam cognoſci in verbo quia nihil aliud a verbo pōt ſufficienter cāre talē cognitionem qua ſit intuitio verbi z ppter hoc nō opz q̄ iſta cognitio ſit verbum. ¶ Ad. 16. dicendum q̄ licet deus ſit lumē glozie obiectiuū nō tamē ē lumē glozie quo formaliter aliqua creatura ſit beata ymo et realiter diſtinguit ab omni cognitione qua creatura formaliſ deū cognoſcit nec ſequit q̄ ppter hoc de⁹ ſit lumē inſufficiēs ſicut nō ſequit lumē ſolis eſt inſufficiēs q̄ videri nō pōt niſi ponatur viſio ſēſitiua ab eo diſtincta qua videat. ¶ Ad. 17. dicēdū q̄ ly qua debet gloſari. i. qua effectiue nō qua formaliē nec magiſter pl⁹ voluit q̄ poſuit actū dilectiōis aliū ſz nō habitū aliū vt plane ptz verſ⁹ finē eiuſdē di. 17. p̄mi libri. ¶ Ad. 18. dicēdū negat p̄ña. Ad pbationē ōz q̄ ſi ly aliter determinat ly repūtare conceditur q̄ cuiuſlibet beati cognitio aliter repūtet deū q̄ eſt. i. non ita pfecte repreſentet deū ſicut de⁹ pfecte eſt. Si aūt ly aliter determinet ly q̄ eſt negat q̄ quilibet beat⁹ cognoſcit deū ſicuti eſt. i. ſine errore quo ſibi tribuat q̄ ſibi nō cōuenit. ¶ Ad. 19. cōcedit cōcluſio ad quā deducit q̄ viſio beata valet ad vtrāq; dinarū cognitionū q̄ abſolutā q̄ relatiuā. ¶ Ad. 20. dicendū q̄ aſſūptū falſū ē niſi ſolū itelligat effectiue vel obiectiue. ¶ Ad. 21. dicēdū q̄ negat vbiq; ſpēm p̄mā primo actuū qualē ponit tho. z multi alij z multo fortiꝰ hz negare i ppoſito z ſi pl⁹ vellet dicere negādꝰ eēt. ¶ Ad p̄mū p̄ncipale cōcedit q̄ xps ē ſapiens duplici ſapiētia ſz aīa xpi licet obiectiue vel negatiue ſit ſapiēs ſcreata ſapiētia nō tū eſt ſapiens ſapiētia ſcreata formaliē ſz ſola creata q̄ cum hoc q̄ ē cognitio z etiā forma iherē ē p̄ficiēs illaz aīam z hec cā nō habeē de ſcreata. ¶ Ad ſcōm p̄ncipale dicēdū ē q̄ auctoritas ma. pōt gloſari q̄ gloſā qua ipemet exponit duas auctoritates cōſimiles li. 2. di. 41. ca. vltio p̄ma ē ysodori dicētis angeli i Xbo dei oia ſciūt anteq̄ fiāt z rīdet ma. ſed nec oēs nec oia pfecte angelos ſcire dixit z iō eos in ſciētia p̄ficere nō remouit. Alia ē gregorij qui ait q̄d eſt q̄ igit neſciūt vbi ſciētē oia ſciūt. Et reſpōdet ma. Sed accipiendū eſt hoc de his quoruz cognitio beatū facit vt ſunt ea que ad miniſteriuz trinitatis z vnitatis p̄tinēt ita dicereē i propoſito q̄ aīa xpi ſcit oia q̄ deus ſcit q̄ eſſētialiter obiectiue beatificāt vel q̄ ſciat oia ſcōm ſp̄m vel genus ſcilicet in vniuerſali neceſſaria ad redēptionem ſaluandoꝝ. Tertio modo pōt dici q̄ omia nouit in verbo ſicut in habitu vel ſpecie vel poti⁹ ſicut in ſupplente vicē ſp̄ei vel habit⁹ actiue cōp̄incipatiui ītētionū reſpectu cognoſcibiliū i ipo Xbo nō q̄ accidētaliter cognoſcat i Xbo diſtincte omia et ſingula q̄ de⁹. Quarto mō pōt itelligi q̄ omnia ſcit per eminētiam vel equiualentiam qui deum cognoſcit qui valet oia vel eminet oīb⁹ cognitiōib⁹ infinitis etiā dato q̄ aīa xp̄i ſcōm ma. inverbo dei cognoſceret oia et quodlibet tamen ipſe dicit q̄ iſto modo cognoſcit per ſapientiā creatā ſibi collatā a deo non q̄ ſapientiā increatā. Ideo adhuc non faceret ad ppoſitū media cō ſequēter ibi adducta p̄o dicto ma. p̄o quanto videntur plus arguere q̄ conceſſerim ſupius ſunt ſoluta et ē.

De cognitiōe matutina z veſpertina.

Ad. 16. nota de lumine glie.

SEcūdo Circa illud qō dicit ma. p̄cipaliter in iſta di. 14. cap. penultimo q̄ aia xp̄i verbo dei cognoſcit futura z q̄ aīa xp̄i i verbo cuiuſnita eſt liq̄di⁹ et p̄ſtius oīa creatura ſcit oia que deus Quero primo vtrū verbū dei ſit ſibi ipſi quātus nō aīe venite ſibi ſciētia futuroz ſibi contigentiū videt q̄ nō quia ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere et eſt illius quod impoſſibile eſt aliter ſe hr̄e ex primo poſteriozū et etiam ex ſexto ethicoz cap. 4. dicit oēs ſuſpicantur q̄ ſcimus nō contingere aliter ſe habere ſed futura contingentia aliter poſſunt ſe habere igitur, pbatur oia ſcibilia ſunt demonſtrabilia ex primo poſteriozū ſed cōtingentia ad vtrū libet nō ſūt demōſtrabilia vt patet. 7 metaphiſice parte. 52. vbi dicitur ppter hoc ſubſtātiarū ſenſibiliū ſingularū nec diffinitio nec demonſtratio eſt q̄ habet materiā cuius natura talis eſt vt contingat in eſſe et non: et non ineſſe qua ꝓpter corporalia oia ſingularia ipſozū igitur ſi demonſtratio neceſſariozū et diffinito ſcientifica non contingit ſicut nec ſcientiā qñq; ſcientiā qñq; ignorantiam eſſe ita nec demonſtratio nec diffinitionē ſed opinionē contingētiꝰ aliter ſe hr̄e palā quia nō vtiq; erit ipſozū neq; diffinitio nec demōſtratio hec Ibi Et rationē tam ibi q̄. 6. ethicozū q̄ talia contingentia cū extra ſenſum ſpeciē fiant latent ſi ſūt vel non. 3. nulla non determinata vera ſunt aliquomō ſcita ſed de futuris contingētibus nō eſt determinanda veritas primo peryarmenias. ¶ Ad oppoſitum damā. 13. dicitur dñe qui noſti oia anteq̄ fiant. Item ad hebreos. 4. oia munda et apta ſūt oculis eius ad quē nobis ſermo. Itē aug. quinto de tri. ſicut allegat ma. di. 36. p̄imi capi. 1. nō iſta ex aliquo tp̄e cognouerit deus ſed futura oia tēporalia atq; in eis etiā inquit et quando ab illo petituri fueramus et quos et de quibus reb⁹ vel exauditurus vel non exauditurus eſſet ſine initio ante p̄ſciuit Item vide de hoc multas auctoritates di. 35. primi capi. 4. et capi. quinto⁊ diſtin. 39. 1. cap. primo et cap. quinto. In iſta queſtione primo premittam diſtinctiones de ſcientia et iuxta illam pono aliquas queſtiones ſcōo inſtabo contra eas. Quo ad primū dicēdū ſecūdum doctores antiquos q̄ iſtud vocabulū ſcientia dei vnomodo ſumitur p̄ noticia rerū Alio modo p̄ noticia enunciabiliū. Et hanc diſtinctionem ponit ma. li. ōmo cap. 46. de ſciētia rerū loquitur ſcriptura eccle. 23. deo anteq̄ crearētur oia ſunt cognita z ſic loquendo Idem eſt dicere ſciētia dei reſpectu rerū q̄ dei clara apprehenſio reſpectu rerū oia eēm factibilia apprehendit. Scientia vero vel cognitio enūciabiliū. i. oplere ſignificabiliū qñq; ſumitur p̄o apprehenſione ſola z hoc eſt nimis improprie q̄ ſic deus videt oia poſſibilia vel impoſſibilia nihil eſt a quo q̄ ymaginabile quim et a deo. Alio modo ſumitur p̄overo iudicio reſpectu enunciabilium tantum facti et iſtomodo ſcit deus ſeu'euidenter iudicat que ſunt in entibus et qualiter ſe habuerūt z quelerūtlentib⁹ z qualiter ſe habebūt ita ſcientia dei ſic ſumpta eſt ſolūmodo enunciabiliū reſpectu preteritorum p̄ñtiū et futuroꝝ et vocabitur ab antiquis doctoribus noticia ſeu ſcientia viſionis et iſtomodo dicit ma. di. 39. ca. 2. q̄ ſcientia dei non eſt niſi de his que ſunt fuerunt vel erunt et alias auctoritates reperies in eadez di. et. 25. quaſdā, p iſta acceptione quaſdā, p prece denti. Altomodo ſumitur, pvero et euidenti iudicio reſpectu enūciabiliū facti adhuc futuri z illo modo dicit p̄ſciētia dei de qua dictiōe. 35. z. 39. Alio modo ſumitur p̄o noticia cū volūtate beneplaciti reſpectu ſic cogniti et vocatur noticia ſeu ſciētia reprobationis z hinc eſt q̄ ſtricte loquēdo ſoli reprobi dicūtur p̄ſciti acvnica z ſimplex dei noticia eſt quelibet ſcientia ſenſuū p̄dictoꝝum Iurta hoc poſſunt elici cōcluſiōes tā, pbate p̄ma q̄ de⁹ oīm rerū poſſibiliū eſt ſimplex itelligētia. 2 cōcluſio q̄ de⁹ eſt oīm poſſibiliū z ipoſſibiliū enunciabiliū apprehenſio. 3. q̄ deus eſt oīmvere enunciabiliū vera ſciētia. 4. cōcluſio q̄ ipſe eſt reſpectu oiz enūciabiliū facti ſcia viſiōis. Quinta q̄ ipſe eſt reſpectu oiz enūciabiliū facti de futuro p̄ſcientia Sexta q̄ reſpectu illoz q̄ bene fiunt ipſe eſt ſcientia approbationis. 7. cōcluſio q̄ ipſe reſpectu illorum que demeritoꝛie fiunt ſciētia reprobationis Ex his patet ad q̄ſtionē vbi tamen ad conſuetum modū loquendi dicendū eſt q̄ ſcientia dupliciter ſumitur ad ppoſitū tituli queſtionis loquēdo. ſ. p̄o noticia euidenti impoſſibiliū aliter ſe hr̄e ſeu enūciabiliū neceſſariozū et ſic loquēdo dicenduz q̄ verbū nō eſt ſcia futurozū contingentiū z hoc p̄bant duo p̄ma argumenta principalia queſtiōis. Secunda cōcluſio eſt etiā abſq; aliqua hēſitatiōe tenenda et, pbatur eſſe vera et credenda per argumenta p̄ius poſita ad partē oppoſitā queſtionis ſ. q̄ alio modo ſumendo vocabulū ſcientie, p omni euidenti et vera iudicatiua noticia reſpectu complexe enunciabilis verbū dei eſt ſcientia futuroz quoz̄cunq; contingentiū ad vtrumlibet que ſunt vera ita q̄ de omni futuro nouit euidenter q̄ erit et de omni non futuro euidenter nouit q̄ non erit nā vt dicit aug. hoc de ci. cap. 8. deus optime et veracissime credit cuncta ſcire anteq̄ fiant z cap. 9. dicit q̄ confiteri eſſe deū z negare eſſe p̄ſcientiam futurozū apertiſſima inſania eſt. Secundus articulus: primū dubiū q̄ videtur q̄ ex eo ipſo q̄ aliqua ſunt futura contingentia ad vtrūlibet non ſunt determinate vera nec per conſequēs poſſunt euidenter ſciri vel p̄ſciri eſſe vera et hoc tenet oīam z pbat hoc eſſe opinionē. p. quanuis, i hoc p. veritas fidei contradicat p̄ime, pbatio eſt ſcōz eum di. 38. p̄imi ſui et pe. auꝛ. nullū futurū cōtingens dependēs ſimpliciter. a. potentia libera eſt in ſe verū q̄ non poteſt vt dicit ſcōm phm̄ ymaginari ratio quare plus vna pars eſt vera q̄ alia Item p̄imo peryarmenias in his que ſunt z que facta ſunt neceſſe eſt affirmationē vel negationē veram vel falſam eſſe. In ſingulari vero futuris non ſic quia alias ſi vnus dicat hoc erit et alius dicat q̄ non erit oportet q̄ alter iſtozū determinate mentiatur et tunc nihil fieret a caſu nec ad vtrūlibet ſi omnia fierēt ex neceſſitate q̄ illud quod eſt ad vtrumlibet cōtingens nō magis determinatur ad

Articul⁹ 1. diffictio de ſcia dei.

Nota ſcluſiōes iurta membra dicte diſtinctionis de ſcia dei.

2. articul⁹.

vnã partẽ ꝫ ad aliã Itẽ si veritas determinata sit in singularibus de futuro tunc de quolibet illoꝝ quomodo facta fuit semp fuit verũ dicere qñ hoc erit et si semp erat verũ dicere qñ est vel erit non posset hoc nõ esse vel non futurũ esse ꝫ autem non posset non fieri Impossibile est non fieri et ꝓ ꝑns necesse est fieri. Item tunc non oporteret cõsiliari nec negotiari Item ibidẽ in fine oꝝ ones vere sunt quẽadmodũ et res igitur manifestũ est qñ ꝯ sic se habẽt vt ad vtrũlibet sint et contraria ipsoꝝ queãt contingere necesse sic se hꝫ ad cõtradictionem ita. s. ꝙ propositiões significãtes talia foze non magis eruntvere ꝫ false determinate. Ad oppositum est diffinitio ꝓpositiõis. d. ꝙ est oratio verũ vel falsũ significans. Itẽ hoc est cõtra legẽ contradictoꝝ et cõtra primũ principiũ cõplexũ Item vbi supra dicit. p. ꝙ necesse est disiunctiua ex ꝓtradictionem ita. s. ꝙ ꝓpositiões significãtes talia foze non magis eruntvere ꝫ false determinate. Ad oppositum est diffinitio ꝓpositiõis. d. ꝙ est oratio verũ vel falsũ significans. Itẽ hoc est cõtra legẽ contradictoꝝ et cõtra primũ principiũ cõplexũ Item vbi supra dicit. p. ꝙ necesse est disiunctiua ex ꝓtradictorijs de futuro esse verã sed tamen neutrã partem necesse est esse verã Ex quo patet ꝙ quacunq; tali disiunctiua data altera pars est determinate vera. Ad primã rationez negatur ans ꝓ vno bñ est ratio quare vna pars plus est vera ꝫ alia qz in re futurũ determinate erit tunc affirmatiua ẽ vera vel determinate nõ erit et tunc necessitatiua ẽ vera Ad aliã negatur ista cõsequẽtia vnus vꝺ determinate dicit verũ igitur oĩa fient ex necessitate et oĩes cõsequẽte similes sunt negande nec habẽt colorẽ. Ad phm dicẽdũ ꝙ ipe intelligit ꝙ in singularibus de futuro non est determinata veritas eo modo quo in illis de preterito vel de pñti. Mã oẽ quod fuit sic est determinatũ ad fuisse qõ non ꝓt per aliquã potentiã nõ fuisset omne qõ est necesse est esse qñ est sicut declarant di. i. ꝓmi ad sensũ vnũ verũ non sic autẽ in illis de futurovbi simul stat ꝙ ꝓpositõ aliqua de facto est vera ꝛ pot esse falsa q̃ tamen pot esse vera et semp fuisse vera ꝛ tanta est illa indeterminatio ꝙ non stat cum euidẽti. notitia creata de talibus quid euentret et quid nõnõ sic in illis de preteritovel de presenti. Cum ista responsione cõcordat sco. di. 38 primi. Secũdum dubiũ principale quero quomodo deus determinate potest scire ꝛ potest scivisse futurũ illud cuius futuri actio dependet adhuc ex libertate volũtatis non solũ increate sed etiam create qz impossibile est deũ nunc̃ sciuisse ꝙ semp sciuit igitur si deꝰ sẽp sciuit. a. esse futurũ impossibile est deũ nunc̃ scivisse. a. esse futurũ et si hoc igitur Impossibile est quĩ. a. fuerit futurũ et si hoc igitur impossibile ẽ et c̃. igitur voluntas creata non potest libere facere quin. a. fuerit futurũ ꝛ per cõsequẽs futuritio a. non dependet a. volũtate libera create Itẽ illa futura q̃ dependet ex libertate voluntatis create vel increate possunt non euenire. Sed ista q̃ sunt a deo ꝓscita non possunt non euenire quia alias dei ꝓscientia falleretur sicut arguitur di. 38. ꝓmi cap. 1. Preterea deꝰ nõ pot res aliter cognoscere ꝫ cognoscit sine alietate vel varietate aliqua ex parte rerũ igitur deus cognoscẽs aliqua foze nõ pot illa cognoscere nõ foze sine nouitate vel variatione aliqua ex parte earũ igitur si ab eterno cognouit me aliquid cras volituꝝ non pot ante aduentum diei crastine scire me nõ cras illud volituꝝ et si hoc igitur oportet me cras velle illud antecedẽs patet qz apud deũ non potest esse aliqua transmutatio quo ad talem alietatẽ cognoscendi vt patet per augu. quinto super genẽ. et pomt̃ di. 25 ꝓmi cap. penultimo. Item aug. 15. de tri. et ponitur di. 39. i. cap. primo dicit ꝙ omia simulvidet quoꝝ nullũ est quod non semp videat ꝛ sciat eius tracq; scientia inamissibilis inuariabilis est nostra vero scientia amissibilis et receptibilis quia non est hoc nobis esse ꝙ scire et ibidẽ cap. scõo deꝰ nõ pot aliquid scire vel prescire ex tpe nec posset dici aliquid incipere scire vel prescire vide ibi Ad illõ dubiũ difficillimũ Respondet oꝛam et bene i hoc di. 38. primi sut indubitanter est intelligendum ꝙ deus certitudinaliter et euidẽter scit oĩa futura contingentia. Sed hec declarare et modum quo scit exprimere impossibile est oĩ intellectui ꝓ isto statu hoc tamen ꝓuenit ex natura diuine scientie in finite quã latere nõ posset quid eueniatvel q̃ nõ in hoc sibi credo ꝙ immensitas diuine scientie sit in causa q̃ est quasi scientialis oculus a quo nihil absconditur nec abscondi pot presens preteritum et futurũ quum qñz qualiter euenerit et euentre debeant pateat ibi clare et hoc requirit scientie i. mensitatẽ. vnde psal. Et sapientie eius nõ est nũerus hec igitur sit cõclusio prima ꝙ dei scientia ẽ immensa et imensũ iudiciũ ex hac sequitur ꝙ nullus vere iudicabile latet eum nec etiã possibile est vt aliqd sit vere iudicabile et nõ ab eo infallibiliter et euidẽtissime iudicatũ sicut eñ deꝰ propter immensitatẽ siue essentie nusquã deest nec deerit vsq; vbi aliqd esse pot̃, ꝓpter immẽsam eius potentiã omne, ꝓductibile vel effectibile, ꝓducere vel efficere pot ita ꝓpter eius immẽsam scientiã nullũ verũ vel vere expressibile latet eũ sed ẽ ab eo patẽter ꝛ euidentissime iudicatum Sed vt patet ex dictis in primo dubio oĩs cõtradictõis altera pars ẽ vera igitur per illã expressibile siue sit ꝑns preteritus vel futurũ euidenter ꝛ certitudinaliter deꝰ nouit. Secũda cõclusio bene stant simul ꝙ a. foze dependeat ex cõtingenti libertate volũtatis siue create siue increate ꝛ tamẽ ꝙ a deo euidenter sciatur. a. foze sicut eñ immẽsitas scõm essentialem presentialitatẽ non determinat sibi ex natura sui vt sit in hoc spacio cũ isto corpore vel cũ illo quoꝝ quodlibet sine reliquo potest illõ spaciũ occupare hoc tamen sibi determinat sua immensitas vt si aliqs sit ibi vel alicubi deus itime sit illi ꝑs ꝓ essentiã ita nõ est de natura sui determinata ei deꝰ scientia vt sit scitẽtia ꝙ. a. erit nec vt sit scientia ꝙ. a. non erit. Sz ad hoc determinatur ex natura sui ꝙ si. a. erit ipa sit cognitio scientialis ꝙ. a. erit et ꝙ si. a. non erit ipa sit scitẽtia euidens ꝙ. a. nõ erit et ideo sicut impossibile est quin vel. a. erit vel. a. non erit ita impossibile est quin deus vel euidenter sciat a. foze vel euidenter sciat. ã. nõ foze Et ideo etiã vlterius sicut cũ cõtingente libertate voluntatis tam create ꝫ increate stat ꝙ determinate. a. erit ita cũ eadem libertate stat ꝙ deus euidẽter sciat a foze vñ breuiter ex natura diuina a. nõ est ꝙ ipa sit scientia ꝙ aliqd ꝓter deũ sit vel fuerit vel erit qz ipse potuisset in eternũ nunc̃ scivisse aliqd ꝓter se fuisse vel foze ex natura tamẽ fuit est ꝙ si aliquid fuerit sit vel erit vndecunq; contingit vel necessario eo ipso hoc sibi per semetipam subsistãtialiter innotescit etiam si ipsa nihil penitus faceret ad hoc ipsuꝝ sed solũ attenderet vel aduerteret ꝙ ab alijs ageretur Tertia conclusio sequitur ex dictis ꝙ cũ hoc ꝙ. ã. foze pendeat ex contingenti libertate voluntatis create vel increate non stat ꝙ

Respõdeꝰ auctoritas phi de futuris cõtingentibus.

2. dubium.

Respõdeo quõ deꝰ nouit euidenter futura contingentia.

Cõclusio 1.

2. cõclusio.

3. cõclusio.

deus necessario sciat ipm foze quia bene sequitur deus scit necessario. a. foze igit̃. a. necessario erit eo ꝙ oppositũ cõsequẽtis et c̃. 4. conclusio ꝙ deus solũ cõtingenter scit futura contingentia ad vtrũ libet. Ex hac sequitur quinta cõclusio ꝙ nihil necessario scitur a deo esse futurũ nihil eñ est futurum cuius futuritio nõ dependet scõm veritatem fidei licet ꝑhũs aliter sentiat a contingenti libertate diuine volũtatis igitur ans ꝓbatur cõsequẽtia patet qz nullum agẽs naturale pot̃ aliquid ꝓducere sine contingenti causatione ꝓcipũ liberi infinitti qz sine eius cõcausatione libera nõ plus ꝓduceret vnũ denumero infinitoꝝ ꝓducibiliũ ab ipso in hoc passo ꝙbuscunq; demõstratis ꝫ aliud vno nec agens liberũ creatũ qz nullũ liberũ actuum creatum potest distincte cognoscere illud qõ nunc̃ fuit ꝓpria et simplici eius cognitiõe qualis requiretur nisi deus libere talẽ impzimat illi cause omne igitur futurũ libere ab aliquo ꝓducẽ et per cõsequens eius ꝓductio dependet a ꝓncipio libero igitur non necessario est futurum distingendo semp futurũ cõtra presens. Sexta conclusio sequitur ꝙ oẽ illud quod deus scit esse futurũ pot̃ nunc̃ scivisse esse futurũ distingendo sp futurũ cõtra presens et sumpta ipa in sensu diuiso qz oẽ tale futurũ cõtingenter scitur a deo foze et semp contingẽter fuit a deo ꝓscitũ foze sed oẽ tale pot̃ non ꝓsciri a deo foze et nunc̃ fuisse ꝓscitum foze igitur et c̃. de hoc etiã vide ma. di. 29. primi cap. 2. et di. 4. ca. 4. vbi etiã dicit ꝙ deus nõ posset aliquid incipere scire et c̃. et etiã cõcordãt doctozes antiqui et addit etiã ibi ꝙ predestinatus pot̃ deus non predestinasse ꝙ tamẽ in actiombus vel operationibus dei nullatenus fupple cõcedũt doctozes ex quo eñ aliqd factũ est vel dictũ nõ cõcedũt ꝙ possit nõ esse vel nõ fuisse et c̃. vide i textu Septima cõclusio est de contingenti ad vtrũlibet cuius futuritio dependet a libertate voluntatis createvt de. a. ꝙ voluntas creata pot̃ facere ꝙ deꝰ ab eterno scivierit. a. esse sic futurũ et etiã in libera ꝓtate voluntatis create est ꝙ deꝰ nunc̃ sciuerit a. esse sic futurũ qz in potestate voluntatis create est facere ꝙ. a. erit et etiam facere ꝙ a. nunc̃ erit igitur Octaua cõclusio sequẽs ex ꝓmissis ꝙ illõ quod nunc̃ ꝓscivit deus foze possum facere eũ semper ꝓsciuisse et ꝙ illud quod semp ꝓsciuit possum facere eũ nunc̃ ꝓsciuisse patet ex dictis Decima cõclusio ꝙ multa q̃ ꝑ fuerunt vera possũ facere ꝙ nunc̃ fuerunt vera et ꝙ multa que nunc̃ fuerũt vera possum facere ꝙ semper fuerũt vera. Sed dices solus deus fuit eternaliter ens igitur solus deꝰ fuit eternaliter verũ igitur cũ. a. foze ꝛ sic de similibus non scit deus a. foze non fuit eternaliter verũ, ꝓbatur si a foze fuit eternaliter verũ igitur. a. nõ foze fuit eternaliter falsuꝫ igit̃ aliqd fuit eterna ꝓ a deo diffinctũ quia deus nec est nec esse potest falsum aut falsitas Probat̃ si ab eẽno fuerunt multa vera ymo infinitta vera sicut ꝛ multa eternaliter scita a deo igitur ab eterno infinita fuerunt entia hoc autẽ est cõtra fidem igitur. Ad primũ negatur cõsequẽtia ꝓma qz licet solus deꝰ fuerit ab eterno cũ multa alia a deo fuerũt eternaliter cognitione que deus sed oĩa eternaliter a deo scita eternaliter fuerũt vera veritate ĩ creata que deus est igitur et c̃. et tamẽ nulla entitas ꝓpter hoc fuit eternaliter nisi solus deus ꝛ huic sẽtentie ꝙ mihi multũ placet inuento cõcordare augustinũ li. 1. suo ca. 56. vbi ponit ꝙ triplex est veritas. s. veritas rei create et veritas signi creati et veritas increata ꝛ duo ꝓma mẽbra capit ab ambrosio tertiũ ab aug. et tenet ꝙ oẽ enũciabile verum siue sibi correspondeat veritas rei. s. entitas vera siue entitas dictõis. i. signi creati cui nulla correspondet de facto in entibus veritas rei seu entitas sicut ans ꝑhm foze est verũ veritate increata sicut ꝓbat per aug. in libro solilocquoꝝ vbi ostẽdit veritatẽ esse eternã per hoc ꝙ mundũ nõ foze non fuit verũ sine veritate igitur. Et sicut iste dicit ꝙ mũdũ foze ab eterno fuit verũ veritate ꝓma ita dico ego de oĩ alio enũciabili a deo eternaliter scitẽ taliter cognito. Aliter dicitur cõcedendo ꝓmã consequẽtia et si per. a. foze intelligitur aliud ꝫ deus conceditur ꝙ. a. foze nõ fuit eternaliter verũ et cũ in rei veritate deus eternaliter est et fuit notitia ꝓpositionalis vera vere enuncians ꝙ. a. erit et cũ ista solutione plus cõcordant dicta ãbrosij aug. et auctoꝝ ꝫ cum priori. Ad secũdum negatur consequẽtia sed sufficit ꝙ si ab eterno fuisset formata propositio enunciãs. a. nõ foze ipsa fuisset falsa si a. foze fuit verũ. Correlariũ ista ꝓña non valet alterum contradictorie significabiliũ complexe est verũ igitur reliquũ falsum qz ans est verũ et consequẽs cõtingens vt patet ex dictis. Ad tertiũ negatur cõsequentia qz talia nõ fuerunt vera scitis veritate intrinseca sed solum veritate extrinseca que deus est tamen iusta scõam solutionez primi argumenti negatur ans illius conditionalis. Ad primũ argumentũ secũdi dubij principalis cõcedit tur illa in sensu composito ipossibile est deũ nũc̃ sciuisse ꝙ semp sciuit et negatur consequentia vt patet ex dictis Ad scõz negat̃ minoꝛ que dicit illa que sunt a deo ꝓscita nõ possunt nõ euenire ꝛ cũ arguitur qz si non euenirẽt et c̃. dico ꝙ ibi assumitur ꝓpositio de inesse impossibilis. Ad tertiũ concesso aũt in sensu cõposito ad quẽ vadunt auctoritates subiũcte negatur cõsequẽtia cuius ans est in sensu diuiso. Et ratio patet ex dictis. Ad primi palis etiam patet ex dictis.

Ad. 1. arg. 2. dubij principalis.

Certio Circa istã ma-

teriam. Quero vtrum cũ determinata ꝓscia verbi stet ꝙ futura ꝓscita sunt adutrũlibet ptingẽtia Videtur ꝙ non qz vel verbi ꝓscientia est causa ꝙ res ꝓscite foze fũt future vel ecõuerso hoc ipm ꝙ res future sunt est causa die ꝓscientie. Si detur primũ tunc verbi ꝓscia videtur euenienda necessitatẽ eis facere sicut arguit ma. di. 38. primi cap. 1. quẽ vide ibi cũ auctoritatibus augu. quevidẽtur sonare ꝙ ꝓscia dei est causa ꝙ res sunt future. Si detur scõm. s. ꝙ qz res future sunt ideo deus ꝓscit eas sicut ponit orig. super Epistolã. Ad Ro. et ponitur di. 38. cap. tertio tũc vt ibidẽ immediate ante dicit ma. eo ꝙ est eternũ aliquid existeret causa ab eo alienũ ab eo diuersum et ex creaturis penderet scia creatoris et creatũ causa esset increati Scõo Ad primi pale arguo ex opinione et medio ciceronis q̃, scõm augmẽtum quinto de ci. capi. 9. diuinationem sic conatur aufferre vt neget eẽ sciaz futurozũ, eãq; oĩbus viribus nullã esse oĩno cõtendat vel in hoc vel ĩ deo ꝛ ita dei ꝓscitiã negat et oẽm ꝓphetiã

luce clarioꝛē conatur vertere varijs artationibꝫ hec ibi. Et arguit scōm augu. ibi. Cycero sic in libꝛis suis de diuinatione si p̄scita fūt futura oīa hoc ordine euenient quo ventura esse p̄scita fūt et si sic certus est ordo rerū p̄scienti deo et si certus est ordo iterū certus est ordo causarū non esꝫ pōt fieri aliquid quodnon aliqua causa efficiēs p̄cesserit. Si autē debitus est ordo causarū quo fit oē quod fit necessario fiunt oīa q̄. fiunt q̄ si ita est nihil est in nr̄a potestate nullūq; arbitriū volū tatis quod si concedimus hūanavita oīs subuertitur frustra obiurgationes laudes vituperatiōes exhortationes abhibentur necvlla iustitia bonis premia et malis supplicia constituta sunt hec ille Et tunc de eo infert augu. hec igitur ne consequa tur indigna et absurda ꝛ perniciosa rebus humanis non vult esse p̄scientiā futurorū atq; in has angustias coartat aīm religiosoꝛ vt eligat vnā ex duobus aut esse aliquid in nr̄a ptāte aut esse p̄scientiā futurorū qm̄ vtrūq; arbitranꝫ eē nō posse sed si alterū confirmatur tolli alterū eligim⁹ p̄scientiā futurorū tolli voluntatis arbitriū qvt cōfirmauit negauit p̄scientiā futurorū hec ibi Videtur igitur q̄ determinata verbi p̄scientia non stet cū futurorū contingentia ꝛ idē argumentum tullij illius boetius quinto de conso. p̄sa. 3. ¶ Itē ibidem sic arguit boetius si cūcta p̄spicit deus necvllo modo falli potest euenire necesse est q̄ p̄uidētia futurū cognoscit, pbatur anselmus de cōcordia cap. 2. dicit q̄ necesse est omne futisse quod fuit et omne quod est esse ꝛ futurū esse quod erit igitur oē futurū de necessitate euenit, pbaꝫ siver bum determinate p̄scit aīm̄ foze et quicquid repꝛesentat et sempvni fozmiter igitur necessario et si hoc igitur aīm̄ necessario erit Sexto omne verū de preterito est necessariū sed deū scituisse. a foze estverū de preterito igit̄ a foze est necessariū igitur a necessario ertt, pbatur possibili posito in esse nullū sequitur ipossibile sed si p̄scietia dei fcz cū futurorū contingentia tunc deus p̄sciens a foze potest nō p̄scire a foze ponatur igit̄ inesse et sequitur q̄ deus p̄sciens a foze nō p̄sciat a. foze quod est impossibile. Ad oppositū ē aug. 30. de li. ar. d. q̄ sicut mēoꝛia tua non cogit facta esse que p̄teꝛieꝛūt sic deus p̄scietia sua nō cogit facienda que futura sunt, pbatur ad idē sunt augu. anselmus boetius in passibus superius, p alia pte allegatis. Ad istam questionē patet responsio ex soluttone secundi dubij. q. precedentis q̄ sic q̄ eo ipso q̄ sunt contingenter futura scietia immensa sciūtur taliter esse futura igitur dei p̄scietia nō obstat contingentie futurorū, et isto modo soluit aug. istam difficultatē. 3. de li. ar. quia deus nouit futura eo modo debere euenire quo euenīēt ꝛ nō aliter. Alioquin decipi posset q̄ nō estverū ꝛ ideo sicut quedā euenient cōtingenter ita p̄scit q̄ cōtingenter euentēt. Et causa est q̄ non Jdeo quia p̄sciūtur foze erunt sed q̄ erunt ꝛ dei scietia est immē sa quā nullūvere latere potest Jdeo p̄scitū tur foze. Et istā causaꝫ satis plane ponit boetius quinto de consolatione vbi istam materiā tractat prosa tertia et deinceps vsq; ad finē libꝛi vbi i dicta prosa dicit necesse est vt si quis sedeat q̄ vera sit opinio opinantis eum sedere supple si ds hoc opinet ꝛ ecōuerso necesse est si opinio sit vera qua judicat̄ ds sedere q̄ ipse sedeat sed nō idcirco dsq; sedet qm̄ vera est opinio ꝛ poti⁹ vera ē opinio qm̄ quēpiā sedere, pcessit simili de, puidētia futuris reb⁹ rōcinari oportet hec ille. s. eādē etiā ptractat materiā quomodo libere peccat volūtas et tamē determinate p̄scit eā deus peccaturaꝫ. b. augu. multū diffuse. 3. de li. ar. cap. quinto. 6. 7. 9. 10. 11 12. vbi declarat et tenet q̄ nihil tale cōtingens futurū per dei p̄scietiā cogitur fieri ꝛ quasi totum stat in hoc q̄ eo modo p̄sciuntur ab eo foze quo modo euenient et ideo si cōtingenter euenīēt illi cōtingentie nō obstat p̄scietia. Restat igitur soluere dubia quedaꝫ in argumentis principalibus tacta. Primū vtrū diuina p̄scientia sit causa futuritionis rerū contingenter futurarum vel ante p̄sciat deus tale foze quia futura sunt et q̄ non Jdeo p̄sciat q̄ futura sunt, pbatur per boetium vbi supꝛa. d. Jam vero q̄ p̄posteruꝫ estvt eterne p̄scietie tpālū rerū euentus causa esse dicatur quid est autē aliud arbitrari ideo deū futura q̄m sunt futura p̄uidere q̄ putare q̄ olim acciderūt causā illius sūme esse, puidentie. huic dubio. Respondet ma. di. 38. p̄mi cap. 4. d. dicimus res futuras nullatenus causā esse p̄scientie vel scie dei nec Jdeo p̄scirt vel sciri q̄ future vel sunt facte, per dictū orig. non notatur causa nisi sine qua nō. Sed cōtra ma. li. 1. di. 35. capi. 4. dicit cū dicitur si nulla essent futura nulla esset in deo p̄scietia vt non esset deus p̄scius si in dicendo hanc causam attendis. s. q̄ nulla essent subiecta eius scievnde ipsa posset dici p̄scia vel ipe p̄scius q̄ vtrunq; dicitur, pter futura verus est intellectus hec ibi. Ex quo patet q̄ propter futura deus dr̄ p̄scius igitur illa sunt causa p̄sciētie dei, pbatur ista nomina p̄scietia et p̄scius dicta de deo importāt relationē expꝛessaꝫ de futuro igitur ad; hoc q̄ ista nomia de aliquo dicātur vere oportet necessario p̄supponere aliqua eē futura ratione quorum dicūtur de eo quorū dicuntur sicut ad hoc q̄ sciat aliqua esse p̄ntia p̄supponitur ita eē hoc patet per boetium vbi supꝛa. d. q̄ nō idcirco quisq; sedet qm̄ vera est opinio qua estimaretur sedere. Si potius vera est opinio qm̄ quēpiam sedere p̄cessit vnde plane patet q̄ rē esse est aliquomodo p̄ius cognoscere illam esse dicendū sicut in p̄cedēti questione, q̄ deus non p̄cise ex natura sui determinatur vt sit scia quod aliqd aliō ab eo sic fuerit vel futurū sit Sed oportet istud scitū esse secundū veritatē esse fuisse vel foze. est igitur hoc ipsuz q̄ aliqua res erit nō causa diuine sciētie vel p̄scie sicut nec dettatis sed cū causa necessario requisita vt ita loquar cū immensitate illius scie ad hoc vt ipsa sit p̄scietia q̄ res futura contingēter erit ꝛ sic intelligēde sunt auctoꝛitates pro ꝛ cōtra. ¶ Et videꝫ mihi q̄ ma. vbi supꝛa satis plane dictā difficultatē saluat q̄ postq̄ exposuit dictuz orig. di. q̄ aliquid futurū est Jdeo scitur a deo anteq̄ fiat sic exposuit. i. q̄ futurū est scitur a deo ātēq̄ fiat nec sciretur nisi futurū esset vt non notetur ibi causa sine qua non. Statim subiūgit Jta etiam dicimus sciam vel p̄scietiā dei non esse causam earū que fiunt nisi talē sine qua non fiunt Si tamē scietiam ad noticiam referamus. Si vero nomine scientie includitur etiam būplacitū atq; dispositio. ¶ Tūc recte posset dici causa eoꝝ q̄ facit deus ꝛ paulo post hoc modo foze accepit augu. d. ¶ Jdeo sūt quia nouit. i. q̄ sciēti placuit ꝛ q̄ sciēs disposuit eū p̄destinasse Dico igitur sicut respōdet sco. ad illud de predestinatione li. 1. di. 40. ¶ Ad primum argumentū p̄incipale sue questionis de predestinatione q̄ argumētū, pcedit ex falsa ymaginatiōe tamē ista ymaginatio pōt manuducere quodammodo intellectuz ad intelligendū veritatē in hoc puncto. Si enī ymaginaremur p̄ Impossibile deū adhuc non det erminasse volūtatē suam ad alterā partē sed quasi adhuc deliberate anvelit illū predestinare aut nō pōt bene intellectus noster capere q̄ contingenter ipsū predestinaret vel nō predestinaret sicut patet in actibus voluntatis nostre. Sed q̄ semp recurrimus ad actū predestinādi voluntatis diuinē quasi p̄teritū ideo quasi nō concipimus libertatē in voluntate ista ad actū predestinandi quasi Jam sit positus cōtingenter a deiv luntate. Sed ista inquit ymaginatio falsa est illō enī nunc eēntatis in quo diuina voluntas libere se determinat ad saluandū illū actum fē p̄ns est. Sed ita inquit concipiēdum est de voluntate dia seu eius volitione vt est huius obiecti sicut si per Impossibile nunc in isto nūc inciperet deus sic libere velle et hoc q̄ ita libere posset deus in nunc eternitatis velle q̄ vult sicut si ad nihil esset eius voluntas determinata. ¶ Et videtur ma. idē intēdere di. 46 cap. 4. dicens q̄ sicut ab eterno deus potuit istū non predestinare ita ꝛ modo posset euz non predestinasse. Et ex his patet satis solutio argumenti et oīm cōsimiliū. ¶ Dices foze q̄ quādo aliqua opposita sic se habēt q̄ impossibile est ea simul vel successiue de eodē verificari cuiusq; vere cōuenit vnū eoꝝ impossibile est sibi cōuenire reliquū eoꝝum. Sed predestinatū esse ꝛ dānari vel dānandū esse sunt hmōi igitur. ¶ Item oīe immutabile est necessariū sed diuina predestinatio est immutabilis ꝛ etiā quilibet predestinatus est immutabiliter predestinatus igitur diuina predestinatio est necessaria ꝛ qlibet predestinatus ē necessario predestinatus. ¶ Ad primū negat maior iurta ea q̄ dicta sunt in. q. ista et p̄cedēti. Dicit tamē o Kam q̄ in creaturis non potest simile inueniri. Sed cōtra hoc arguitur de veritate ꝛ falsitate huius ꝓpositionis foz. curret cras non esꝫ ista opposita possūt hodie simul vel successiue verificari de hac ꝓpositione ꝛ tamen ista ꝓpositio hodie vera posset esse hodie falsa ꝛ ecōtra Sicr fuisse futurū et nō fuisse futurū sunt possibilia opposita creaturis cōuenire nec possūt sibi imicē successiue circa idē ꝛ tamē aliquid quod fuit futurū puta aīa antexpi pōt non fuisse futurū ꝛ ecōtra. ¶ Ad secūdū cōceditur maior ꝛ cōclusio prima illata. s. q̄ diuina predestinatio est necessaria ꝛ hoc si sumatur, p voluttione predestinātis. Si autē accipitur passiue, p persona predestinati vel bonis glorie vel gr̄e tali persone p̄paratis nō estverū q̄ hmōi sint immutabiliaꝫ sic etiā negatur ista quod quilibet predestinatus est immutabiliter predestinat⁹ p̄out ly immutabiliter cōuertitur cū ly necessario. Si autē minoꝛ, p illa parte valet istā q̄ non stat istam, ppositionē foztes est predestinatus eam esse veram ꝛ eā deveritate in falsitatē mutari ꝛ ita de singulis respectu cuiuslibet predestinati tunc illa pars minoris estvera ꝛ discursus non valet. ¶ Et si dicis nullus immutabiliter aliqualis posset nō esse talis sed oīs predestinatus est imutabiliter predestinatus igitur nec predestinat⁹ pōt nō esse p̄destinatus

Conclusiones salis affirmatiua ad questiū

1. dubium vtrū diuina p̄scia sit cā futuritōis rerū ptigētiū vel ecōtra.

2. dubium.

Nota bōaꝫ difficultatē, contigētia futurorū ꝛ predestiatōe ꝛ positer solutiōez eiꝰ.

¶ Dicēdum q si aliqualis solū denotet qualificationē ꝓtentialē discursus non valet qz minor nō vere sumitur sub maiore si autē extēdit se ad qualificationes seu denominationes sumptibiles ab his que contingēter euenient in futuro maior est falsa qz multe sunt ꝓpositiones de futuro q̄ licet possint indifferēter esse vere vel false tamen non possunt esse vere posīq fuerūt false ita q successiue primovere z post false nec econuerso silr ista antexps fuit futurus z sic de similibus. ¶ Ad secūdū igitur argumētum principale patet ex dictis concedēdū est esse q vbi ꝓscitur aliquid fore ibi etiā ꝓscitus est. a. deo certus ordo causarum vel vna causa sufficiens respectu talis futuri cōtingēter z tāgit hic solutio Augustini. Nota solutionē argumēti qđ fecit Cicero ꝓtra ꝓscias

li. ar. necessitati subiecimus que admittit libertatē hec ille. Et iterum arguit sic eodē cap. 41. nō ꝓpterea mihi est i potestate nostra qz deus scit futurum esse aliquid in nr̄a potestate non em̄ qui hoc ꝓscivit nichil ꝓscivit porro si iste qui ꝓscivit aliquid futurū esse in nr̄a volūtate non vtiq; nihil sed aliquid ꝓscivit, ꝓfecto et illo ꝓsciēte ē aliquid in nostra volūtate quo circa nullo modo coguntur hac retenta ꝓscietia dei tollere voluntatis arbitriū aut reteto volūtatis arbitrio deus q nephas est negare ꝓscīū futurorū sed vtrūq; fideliter confitemur ¶ Tertium dubiū principale posset esse, ppter auctoritatē augustini tactā in tertio argumento principali vtrum aliquid vnū z idē possit necessario euenire a causa prima seu vt refertur ad illius notitiam z contingēter a causis primis. ¶ Hoc em̄ tenet sctūs thomas di. 39. primi fuit z sequaces eius z hec via videtur hꝫ, ꝓse boetium quinto de cōsolatione prosa vltima vbi primo ponit obiectionem. d. si dicas q euētuū deus videt illud non euenire non posse q autē non potest nō euenire illud ex necessitate cōtingere meq; ad hoc nomē necessitatis astringas Subdit soluendo fateboz rem quidē solidissime veritatis sed cui vir animꝰ nisi diuini speculator accesserit respondebo nāq; idē futurum cū ad diuinā notionē refertur necessariū cuz vero i sui natura perpenditur liberū prorsus absq; absolutum videri ¶ Et pariter interpositis de his que a volūtate libera ꝓuenerūt subdit hec igitur ad ituitū relata diuinū necessaria fuerit q̄ditionē diuine notionis per severo cōsiderate ab absoluta natura sue libertate non desinūt z iterū post hanc igit iniurīa diximus hec si ad diuinā notionē referantur necessaria si per se considerantur necessitatis esse absoluta. Ex his videtur fundata opinio ātetacta. Sed hec opinio scōm illud q sonat stare nō pōt qz tunc oia illa que solū a deo fuerant, ꝓducta, necessario fuissent futura anteq; essent et tunc deus, necessario, ꝓduxisset celū z omnes angelos quod esset erroneū et cōtra fidē, ꝓbatur quicquid vndecunq; est necessariū oibus pēsatis est necessariū licet illā necessitatē nō habeat a qualibet ei⁹ causa igitur si oīa futura vt relata ad diuinam ꝓsciamvel ad primā causā necessario, euentrent sequitur q absolute loquendo oia simplicit futura necessario euentrēt quod est erroneū z contra aug. quinto de. Ci. cap. ꝓnotatis hoc ei tolleret arbitrū libertatē z q cōsequēs meritū z demeritū et necessitaret ad incōueniētia imutabilia. ¶ Itē contra hoc est articulus pari. sic. d. q nihil contingēter eueniat considerando oēs ei⁹ causas erroz. ¶ Itē alius articulus dicit sic falsū est oīa esse ꝓordinata. a. causa prima qz sic oia euentrēt de necessitate q est erroz ¶ Itē quero an deus sit determinatus, absolute ad, ꝓducēdum. a. q̄ siue ego velim, ꝓducere. a. siue non. a. eueniet vel solum sub hac conditione Si ego voluero, ꝓducere. a. si ꝓmū igitur. a. foze non subest liberevoluntati mee si secūdum igitur non plus, ꝓducit ille istū effectū necessario q̄ ego, ꝓbatur bene sequitur. a. ꝓscitur a. deo. foze igitur. a. erit aīs est necessariū secundum hanc opinionē qz ibi. a. foze soluz referr̄ ad diuinā notionē igitur 2dus est necessariū sed hoc ē erroneuz igitur. ¶ Item q hec nō sit opinio boetū patet per illud quod ipe in vltima prosa ꝓz alle-

3. dubium.

Nota de duplici necessitate simplicis cōditionata.

